



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatvs I. De Conscientia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)



OPVS MORALE
DE VIRTVTIBVS,
ET VITIIS CONTRARIIS,
IN VARIO S TRACTATVS, ET DISPV^{ta}TIONES THEOLOGICAS DISTRIBUTUM.

^{fine}
Rodr.
mitti,
una
illa

TRACTATVS PRIMVS
DE CONSCIENTIA.

PROOE MIVM.

A GRESSVRVS explicationem virtutum, & vitorum, placuit initium sumere à conscientia, vt pote quæ est regula humanarum actionum. Duidoque eius tractatum in quatuor Disputationes, iuxta varias qualitates, quibus conscientia vestiri potest.

Prima erit de conscientia errante.

Secunda de probabili.

Tertia de dubia.

Quarta de scrupulosa.



DISPV TATIO I.

De conscientia errante.

PVNCTVM I.

Quid sit conscientia, & quotuplex.

1. Definitur conscientia.
2. Quotuplex est, explicatur, & qualiter speciatim definitur.
3. Quia sit conscientia practica, qua speculatoria, & an inter se pugnat.

A VARIAS conscientia acceptiones referunt Doctores cum Magist. in 2. distinc. 39. & D. Thom. s. 2. q. 19. art. 5. & 6. de quibus specialiter videbitur potest Salas tract. 8. diff. univ. in princ. Azor. tom. 2. inst. moral. lib. 2. cap. 2. quest. 1. illis tamen omisili. Conscientia, prout in praesenti sumitur, est dictamen rationis, judicans aliquid esse sequendum, vel fugiendum. Sic omnes Doctores. Dixi est dictamen rationis, quia est actus intellectus non quicunque, sed judicatus, qui intellectus judicat, quid debeat voluntas fugere,

3. Rursus conscientia, seu iudicium sumi potest in genere vel in specie, quod alii terminis solet dici conscientia practica, & speculatoria. Iudicium, seu conscientia speculatoria vocatur quia in communis dicitur aliquid esse faciendum, vel non faciendum. v. g. esse audiendam Misericordiam dei, non esse diebus festi laborandum, usurpare alienum esse malum; accipere ultra fortem in mortuo, esse usurparum iudicium, seu conscientia practica est, quia in particulari, & in specie dicitur quid sit hic, & nunc faciendum, vel fugiendum. v. g. esse hodie Misericordiam audiendam ex obligatione, non esse laborandum: hanc acceptiōēm ultra fortem esse usurparum, & evitandam. Dicuntur ramenta

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars 1.

DE
CASTRO
PALACIO
TONI,
II. II.
CLV

ramen communiter Doctores cum iudicio speculatorio certo de aliqua veritate, posse, immo saepius stare iudicium practicum operatum, ut in exemplis alias contingit: potes enim iudicare die festivo Missam debere audire ex obligatione precepti, & iudicata simus te hic, & nunc proper infirmatatem, vel alias circumstantias non esse obligatum. At si bene perpendatur, hoc iudicium speciale contrarium non est illi generali iudicio, quia illud generale iudicium ad huiusmodi casum nonquam se extendit, namquam cum vere, eti generaliter iudicatum est die festo obligationem esse infirmam, & impedit audienti Missam, sed potius iudicatur debet oppositum, ut optimè ex Corduba lib. 3. q. 9. q. 5. oportuit Vasq. 1. 2. 6. 5. disp. c. n. 2. & 3. Sed quidquid sit de contrarietate, vel confirmatione huius practici iudicij, cum iudicio speculatorio, iudicium practicum, & in particulari est quod praecepit actiones regulas, & quod qui tenetur, ut inueniatur alii relatis docet Thom. Sanchez l. 2. de matr. disp. 4. n. 8. His positis que communia sunt, ad conscientiam errantem decuimus.

P V N T V M I I.

An sit obligatio obediendi conscientiae erranti.

- 1 Nullam esse obligationem obediendi conscientie erranti, qua ratione probetur.
- 2 De inuita obligatio illi obediendi, dum non depositur vera sententia, trahit ocedit doctrina de conscientia errante invincibiliter.
- 3 De ac Proponitur quadam obiectio, & si illi fatus.
- 4 Satisfit argum. n. 1. adductio.
- 5 Operans ea conscientia invincibiliter errante, operatur in eadem specie virtutis, qua operarecur, si à Deo res esset praecepta.

Non defuerunt, qui negarent haec obligationem. Pe-
rimo, quia conscientia errans in te mortali est contra-
ria legi diuinæ. Sed teneris legem diuinam legi. Ergo non
poteris teneri sequi conscientiam errantem. Secundo, Deus
non potest esse sibi contrarius, at videretur esse, si manda-
obedire conscientiam errantem. Ergo, Probo minorem, Deus im-
perat sua lego ob nullum casum, etiam ob saluandam vitam,
esse mentendum: conscientia errans dicta est ob saluandam
vitam alicuius debet tenetari. Ergo si Deus mandat obedi-
re conscientiam errantem, contrarius est sibi ipsi. Tertio, Deus au-
thor esse non potest alicuius mali: moralis, aut alicuius falsi.
Ergo non potest esse auctor illius iudicij errantem: esse men-
tendum ob saluandam vitam alterius. Quod si auctor illius
non est. Ergo non est obligatio sequendi illud: quod in tan-
tum sequi tenetur conscientiam, in quantum est quedam re-
gula à lege æterna derivata.

2 Nihilominus certa intentione est: obligationem esse obe-
diendi conscientie erranti, & dictam aliquid ut præceptum,
etis contrarium sit alteri præcepto diuinum, dum non depositur.
Est omnium Catholicorum, ita vt contrarium non possit sine
temeritate & periculo erroris affirmari ita Vasquez 1. 2. q. 19
art. 6. disp. 19. c. n. 6. Sal. q. 2. 1. r. 8. disp. c. n. 6. n. 16. fin. Ioan.
Sanchez selec. disp. 4. n. 2. Salas Vasquez plures doctores
refutant probantque conclusionem, tum Scriptura, tum Patri-
bus, & decretis Pontificum. Ratio est manifesta. Nostra vo-
luntas non alio modo obligat aut præceptis obedi, nisi quate-
nus ab intellectu obligatio representatur, qui ipsa est causa
potentia, quae non potest fieri in incognitum. Ergo ab intellectu
errante representatur voluntari aliquis obligatio, quia represen-
tatur aliquid ut præceptum, iam voluntas ad illud amplecten-
dum censetur ligata.

3 Conclusio intelligitur ne conscientia errante invinci-
biliter, si enim invincibiliter errat, non teneris illam sequi, si di-
ctat aliquid malum, alia tenetis facere peccatum, cum con-
scientia non te excusat: supponimus enim esse invincibilem. Negue
inde sit te posse contrarium efficiere, stante illa conscientia er-
rante invincibili, cum non habcas iudicium dictans tibi, contra-
rium esse faciendum. Quod ergo efficiere debes, est depone-
re illam conscientiam errantem, cum enim invincibilis sit, vinci, &
deponi potest, ac prius de nuncquam absolute perplexus es, &
obligatus facere malum.

4 Dicis sapientia non potero conscientiam errantem invincibiliter
deponere, tum quia non te mihi offert, qui errorem tollat,
tum præcepit, quia non dubito de errore, licet alio tempore
dubitauerim.

Respondio in tali casu errorem reddi invincibilem, & licet
à principio invincibilis fuerit, at cum operationem dirigit, in-
vincibilis est, si quidem vice non potest. Quando autem error
est invincibilis, tenetis illuc sequi, neque peccas te illi confor-
mando: & ita tenet Thomas Sanchez & l. 1. in Decal. c. 1. n. 12.
in fine & Ioan. Sanchez in selec. disp. 4. n. 26.

9 Argumenta in contrarium non obstant.

Ad primum dic conscientiam errantem, contrariam non es-
te formaliter legi diuinæ, quia lex illa diuina, cui videatur con-

traria, tunc non obligat, cum non sit in iudicio intellectus,
quod necessarium erat ad obligationem inducendam.

Ad secundum nego Deum sibi esse contrarium, & ad pro-
bationem respondeo. Deum non impetrat non esse mentien-
dum in omni casu tam per se, quam per accidentem, sed sol-
lum in casu, quo ab intellectu representatur abique erroris
lex de non mentiendo. In legibus enim lais a Deo immo-
dum nulla est contrarietas: at in legibus, quas sibi homo pra-
sestit, medio dictamine rationis contrarietas esse potest, ob
contrarietatem in indicando: sed illa contrarietas materialis
est, non formalis, cum semper conformetur legi diuina, di-
stante conscientiam esse sequendam, nullaque alia præcepta nisi
media conscientia obligare.

Ad tertium respondeo Deum non posse physicè, neque mor-
aliter ad malum morale, vel ad falsum incircare: & ita ne-
que confutit, neque præcipit esse mentendum, neque determi-
nat intellectum, vt errorem illum hebat, sed tanquam causa
vnguis falsi ad illum concutit. At posito errore, bene potest
præcipere esse mentendum, non quidem absolute, sed ex sup-
positione, quod conscientia errans id dicit.

6 Ex iis inferior operant secundum conscientiam erran-
tem invincibiliter, operari in ea specie virtutis, qua operatur,
si res est à Deo præcepta v.g. Juratis, vel mentitis, ut proximo
subiectis, furtum, & mendacium erit actus miserordio: quia
tunc furtum, & mendacium nullam haber formalem malitiam,
& ex alia parte recipit bonitatem à fine prætentio. Ergo. Et ita
doct Thomas Sanchez l. 1. in Decal. c. 11. n. 18. Azot. l. 2. c. 8. q.
vlt. Salas 1. 2. tr. 8. disp. c. n. 6. l. 2. c. 3. n. 20.

P V N C T V M III.

Quod peccatum sit conscientia erranti
non patere.

- 1 Est peccatum mortale, vel veniale iuxta naturam actionum,
qua exerceuntur, & in illa specie, in qua est obiectum.
- 2 Quid si cogitatione non distinguuntur speciem.
- 3 Quid si non distinguuntur, an morale, vel veniale sit.
- 4 Refutat sententia Vasquez, & Thomas Sanchez.
- 5 Qui sentiant solum culpam venialem supradicto casu com-
mitti.
- 6 Quid sentiendum sit.

1 **O**mnes convenient esse mortale, vel veniale iuxta natu-
ram actionum, que exerceuntur. Itenque esse peccatum
illius speciei, cuius est obiectum, v.g. conscientia errans dicta
hodie, (qui est dies serialis) est præceptum audiendi Missam: si
omittis, peccas mortaliter, & contra religionem si dicta men-
tendum esse ob seruandum, vitam alterius, & omittis, peccas
contra charitatem, & sic de aliis.

2 Difficilis est, quando solum in genere existimas ali-
quid esse malum, neque cognitione distinguuntur speciem. Mihi
difficil est talem dat cogitationem, cum conscientia practi-
ca sit, & ad opus duigat. Sed dato contingente posse, dicen-
dum est peccatum tunc commissum esse in ea specie, in qua est
actus, quo velles in genere Deum offendere: hic enim actus
in aliqua specie in summa debet confitui. Non enim omnes spe-
cies vitij debet habere, alia est gravior peccatum odio Dei,
& infidelitate.

3 Sed quid si conscientia non distinguit, an veniale sit, vel
mortale, sed solum sub confusione tibi proponitur esse malum:
qualiter soler, rufi, hominibus proponi, cum in Deum iu-
ran, creaturas exercitant, de seculo laborant, ve: b: otiosum,
inhonestum, aut detractionum dicunt, rati: omni illis proponitur
dubium, an mortale, vel veniale sit, sed solum in genere malum
esse representatur.

4 In hac Vasquez 1. 2. quest. 19. art. 6. disp. 19. c. 3. n. 10.
Thom. Sanchez l. 1. in Decal cap. 11. n. 7. existimat, si in ali-
qua materia determinata feratur voluntas, ut in exemplis alias
contingit, ex materia illa determinandam esse gravitatem, vel
levitatem peccati. Vnde dicunt se peccare veniale, si veniale
est obiectum: mortaliter, si mortale est. Quia illa cognitio
de malitia obiecti non distinguens, an sit mortal, vel veniale
peccatum, sufficit ut examine qualitas cul-
pæ, manu: si pericolo se exposuit amplectendit malitiam morta-
lem. Item illud obiectum, prout à voluntate amplectetur, indis-
ferens est ad mortale, & veniale. Ergo voluntas quantum est ex
se mortale amplectitur.

5 Alij econtra affirmant in supradicto casu committi so-
lum culpam venialem. ita Naunay sum. lat. prælud. 9. Ludov.
Lop. 1. part. infrastruct. confess. 3. vers. præterea Valent. 1. 2. disp.
quest. 14.

Disp. I. Punct. IV. & V.

*Salas ibi, q. 21. tract. 8. disp. v. sed. 3. n. 33.
et tract. 3. n. 4. ed. 3. n. 3. §. regas veram. Anton. Perez certa.
ro. schol. n. 19. Man. Rodig. 1. sum. c. 71 fine. 2. edit. Ratio,
qua voluntas appetens militiam in communi non appetit ma-
litiam excedentem culpam venialem, alias si excederet, non est
venialis, & mortali communis.*

*6 Ego vero dicendum existimo, et si supradictæ senten-
tiae probables sint, probabilius esse in supradictis casibus pec-
catorum mortale reperiri. Et quidem, quando voluntas nullum
speciale obiectum amplectitur, sed solum in genere vult, sic
probabo, quia tunc voluntas quantum est ex le mortale ample-
ctitur, cum ad mortale, & veniale indifferens sit. Neque ob-
iectum ex parte obiecti militiam in communi maiorem non esse
malitia venialis determinare: quia sufficit quod indeterminate
naturam, ut siquidem mortalem comprehendit, & ratione hu-
ius indeterminationis voluntas illam militiam amplectens, de-
bet confessi mortalem amplecti. Quod si voluntas in obiectum
venialiter malum feratur, neque cognoscens eius modicam
militiam, sed solum cognoscens esse malum abique distin-
zione militia mortalis, vel venialis, etiam probabilius existi-
mo fote mortale: quia illa voluntas iam se exponit amplecti
peccatum mortale per accidens enim fuit, quod obiectum ve-
niale solum est, eodem enim modo illud amplectetur, si
mortale fuisse. Et confimus cum amplectens obiectum venia-
liter malum, dubitans an sit mortale, peccatas mortaliter secun-
dum omnium sententiam, qui te exponit peticulo mortale
committendi. Sed quando tibi representatur obiectum mili-
tiam, & prohibitum, neque distinguisti an sit mortale, vel ve-
niale illud amplectens, iam quantum est ex tua voluntate, pe-
ccato mortale committendi te exponis. Ergo. Et ita ex com-
muni sententia supponit Ioan. Sanchez in *select. disp. 18. n. 1. &*
edicta. Thom. Sanchez. l. 1. in Decal. c. 1. n. 9. Bonacina disp. 2.
*de peccatis. q. 2. punt. 3. n. 24.**

PUNCTVM IV.

An sit peccatum agere contra conscientiam non
actu errantem, sed habitu.

- 1 *Explicatur quæstio.*
- 2 *Plures affirmant se peccare, quoties non revocasti primum er-
roneum dictamen.*
- 3 *Probabilius est oppositum.*

*1 V*erbis gratia, et rats exstimas esse peccatum huius can-
onicum, vel physican audire ex huiusmodi errore phy-
sicam audiis, immemor conscientia errantis, & dictans esse
peccatum. Item erratis, vincibiliter putatis in hac hebdomada
nullum esse diem festuum, vel ieiunij, cum tamen sit, ad-
veniente die festo, vel ieiunio, Missam, vel ieiunium omisit,
quoniam tibi dubium occurrit esse diem festuum, vel ieiunij, pec-
cas omisit Missam, vel ieiunium.

*2 Affirmant plures se peccare, quoties dictamen prius non
revocasti, quia tale iudicium cum revocatione non sit, moraliter
manere censetur. Med. 1. 2. q. 19. art. 6. vers. sed rursum. Rodig.
q. 1. tom. sum. cap. 71. n. 2. Villalobos tom. sum. tract. 1. diff. 2.
n. 2. Hæc tamen sententia limitatur à Medina, dummodo di-
cumentum rationis antiquum non fuerit, quia quod antiquum est,
non censetur manere.*

*3 Probabiliter existimo contrarium, nempe in re physica
audienda, vel in omissione facti, aut ieiunio non peccatum
actu, nisi actu sic conscientia dictans esse peccatum, vel actu
dubites de eius obligatione: ita A. Zor. tom. 1. in finit. moral. lib. 2.
cap. 8. q. 12. Vazquez disp. 6. cap. 3. fine. Salas disp. unica. sed. 3.
n. 2. Thom. Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 11. n. 7. Probat. Opera
illa extrema nequam possumi oīti à voluntate, & iudicio
præterito, cum neque illa voluntas neque iudicium præteritum
adit, neque aliquis effectus ab illis productus, qui opera ex-
terna cauerit. Ergo non possunt in illis operibus militiam al-
iquam deripi. Confirmito. Ideo cum venenum tribus aliqui,
quo vita illius prius, ceteris homicidium committere, etiam
si doles antequam venenatus est vita dicendas: quia illa volun-
tas antiqua occidendi in aliquo effectu manet. At in presenti
illa intentio procedens non audiendi Missam, & iudicium er-
ranti de obligatione, non maneat in se, neque in aliquo effectu.
Ergo. Secundo si actus censetur manere mortaliter, & denomi-
nare opera subleuantem, dum non retractatur. Ergo infidelis
qui omnia sua opera in honorem idoli referret, peccaret sem-
per peccato infidelitatis, quod videtur absurdissimum.*

*Relpsonder. Med. Primo non peccare. Nam exercendis aliquod
ogni opus, v.g. elemosynam ob subleuantandam pauperis mis-
eriam, voluntatem priorem censetur retractare.*

*Secundo respondet. Simil dum tempus præcessit, non est
censenda manere mortaliter. Sed utramque solutionem optimè
impugnat Salas supra. Prima enim state non potest. Non enim
potest censeri infidelis retractare priorem voluntatem, quia vult
omnia sua opera in honorem idoli referret; ex eo quod opera*

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. 1.

*ex obiecto misericordia, vel iustitia exerceat, cum hæc exerci-
tatio, & intentio contraria non sit priori voluntati. Secunda e-
tiam solutio non subsistit, non enim dilatio præcisè persecutan-
iam moralem iudicij & voluntatis potest auferre.*

PUNCTVM V.

An pecces sequens conscientiam errantem, si di-
ctet utramque partem contradictionis
esse malam.

- 1 *Proponitur punctus controversie.*
- 2 *Resolutur nullum peccatum in supradicto casu committi.*
- 3 *Proponitur quedam obiectio.*
- 4 *Solutur.*
- 5 *Quid inde inferatur.*

*1 Ponit ut inquinibiliter errare, obligatum esse audire
Missam, cum infirmum curas, & inquinibiliter errare ex-
istimans peccate, si infirmum deseras ob Missam audiendam. Item
ex illo excommunicatus, neque potes ab excommunicatione ab-
solvi, si credis si audis Missam peccare, si illam omisisti etiam
peccare, committisse peccatum cuiuslibet partis electione.*

*2 Breueri dicendo existimo cum Thom. Sanchez lib. 2. in 6.
Decalog. cap. 11. num. 14. Ioan. Sanchez select. disp. 4. 1. n. 27. fine.
Adrian. quæst. de restitu. que incipit: quia dictum est. Man. Rodr.
2. tom. sum. cap. 5. 1. n. 6. in tali calo nullum peccatum committi,
quia non adit libertas sufficiens ad peccatum: cum enim una
ex illis contradictionis sit tibi necessariò eligenda, & in illa
repræsentetur peccatum, iam peccatum erit necessariò eligen-
dum: quod est absurdum.*

*3 Dices. Esi vnam illis contradictrioris est mihi necessariò
eligenda: at cum vnam determinate eligo, liberè eligo, po-
tem coi illam omisire, & contrariam eligo. Ergo peccato
amplectens illam, credens esse malam. Et confirmo. Si præ-
determinatus essem, & necessarius ad obedientiam Deo præsta-
dam, qualiter Christus Dominus dicerur necessarius fuisse
obedire suo æternō Patri: tamen huic, vel illum actum, liberè
exercerem, sufficiens libertas adficeret ad meritum. Ergo simi-
liter ad demeritum sufficiet libertas ad hunc, vel illum actum
determinare, etiam cum necessitate ad vnum ex illis.*

*4 Respondeo te liberè eligere vnam ex illis partibus
contradictroriis, nego tamen inde peccatum: non enim
sufficit ad peccatum amplecti malum, quod determinate vi-
tari potest, sed necessariò requiritur amplecti malum, quod
etiam æquivalenter vitari possit. At in supradicto calo esti
vnum malum euites, aliud æquè malum tibi est necessariò eli-
gendum. Ergo illud malum quod eligis, non potes facere æ-
quivalenter vitare. Ad confirmationem die non sufficere ad
meritum libertatem ad hunc, vel illum actum obedientiam, si
verque est æquè bonus, quia non es dignus laude, eliciens
vnum si alium æquè bonum teneris eliceret in Christo Domi-
no, etiæ determinatio esset ad bene operandum, ut quia erat
libertas ad plures actus inæquales, idem meritum in illis recte
confirui potest.*

*5 Ex doctrina à fortiori inferatur, hominem carere de-
tentum, & exiftimamente peccare non audiendo Missam, nequa-
quam peccare. Quia illa omisso facere non est libera illo modo.
Neque illud iudicium causa est illius omissionis, cum omisso
causa alii extrinsecis procedat. Solum enim est iudicium
speculativum falsum, quo iudicas in tali omissione esse pecca-
tum, cum tamen non sit, et ita tenet exprestè Ioan. Sanchez. suprà.
Thom. Sanchez. n. 3.*

PUNCTVM VI.

*Expediuntur aliquot leniores difficultates de con-
scientia errante.*

- 1 *Sime maius peccatum sequi conscientiam errantem vincibi-
liter, quam illam non sequi.*
- 2 *Resolutur aliquando esse granum, aliquando leuius.*
- 3 *Idem dicendum de operante contra conscientiam errantem
vel contra præceptum superioris.*
- 4 *Sime obedientium conscientia erranti, vel superiori contra-
rium præcipienti.*
- 5 *Non potes pro libito conscientiam errantem depонere.*

*1 Prima difficultas, an sit maius peccatum sequi con-
scientiam errantem vincibiliter, quam illam non sequi, polito
te nolle diligenciam facere, vt deponas?*

*2 Relpondeo aliquando esse granum peccatum, aliquando
leuius, pto materia graviate, vel leuitate. Si enim existimat
debet mentiri, vt vitam alterius consertus, & omittas, peccas
mortaliter, cum tamen in mente vniuersaliter tantum pecca-
tes, si tamen existimaste debere furari, ad elemosynam alicui*

A 2 pauperr.

DE
CASTRO
PALACI
TOMI
II. III.
E

De conscientia opinante.

paperi clavigendam, & omittas minus videris peccare quam in futurum committiles. Ratio est, quia ut bene dixit Sylvester verbo conscientia, quasi, i.e. ex D. Thom. in 2 distin^t. 39. conscientia non ligat virtute propria, sed praecepti & superfluit, quod representat, quod praeceptum est à superiori latum ante nos sit media tamen conscientia feritur, & promulgatur, ac proinde eodem modo obligat, ac si à Deo latum a te fuisset. Ex quo solvit fundamentum Balonis in 2. distin^t. 38. ¶ 39. qu. unica, art. 3. affirmans semper esse maius peccatum, i.e. conscientiam viciosè errantem, quam illam non sequi, quia in sequenda conscientia contemnit praeceptum superioris, in illa legenda contemnit praeceptum Dei, & recte rationis. Dicimus namque semper conscientiam praeceptum Dei, & recte rationis dicta. Et contra conscientiam operandum non est illi durare, & ita relatis Durandi, Amain, Cordub, docet Azor. i. in finit. moral. lib. 2. cap. 8. q. 9. Sayrus in clavis regia lib. 1. cap. 24. n. 24. ¶ seqq. Thom. Sanchez, lib. 3. in Decal. cap. XI. n. 1. Valquez 1. 2. q. 19. d. 6. c. 3. n. 10. Salas tr. 8. disp. con fct. 3. n. 27. syl. luct. q. 2. verb. consilia.

3 Secunda difficultas, an sit maius peccatum operari contra conscientiam errantem, quam contra praeceptum superiors.

Respondeo iuxta supradicta pro qualitate materiae merendam esse obligationem, & gravitatem. Aliquando enim transgredi praeceptum superioris erit gravis, quam transgredi praeceptum conscientiae, si materia praecpta à superiori gravior sit. Verum si superior, & conscientia circa candem materiam versantur, gravis erit transgredi praeceptum superiori, quam praeceptum conscientiae mala fide errantis. Quia in hac transgressione conscientia incoluit aliquid ignorantia, quod voluntatum minima, ac proinde gravitatem peccati. Dixi gravis esse regulariter loquendo: nam aliquando error est ita crassus, & superbus, & affectatus; ut scientia de praecepto aequivaluerit.

4 Tertia difficultas, an obediendum sit conscientiae erranti, vel superiori contrarium praecepti.

Respondeo, si conscientia inincibiliter errat, ab illo dubio rei est obediendum: at raro contingit inincibiliter raro errare, primum enim debet pro superioris praecepto, ac proinde deponenda conscientia, & obediendum Prelato. Ita Vasquez dist. 6. c. 1. & Azor. i. 2. c. 8. 9. 10.

5 Quarta difficultas, an possit pro libito conscientiam errantem deponere.

Respondeo nullo modo posse, cum manifesto periculo te exponas utrum conscientiam deponendas: illa enim falsa conscientia tibi appetat, ut vera. Si vero utrum pro libito deponere non potes, quia non potes pro libito te legibus diuinis exire, neque poteris conscientiam errantem pro libito depellere. Secundo, vel illa conscientia ex rationibus probabilitus errat, vel ex rationibus moraliter certis secundum tuam estimationem: quo cummodo sit, ut prudenter deponatur, debent adesse rationes saltem probabiles in contrarium, alias temere procedes, neque poteris honestate actionem, cum oritur ex iudicio abique via ratione efformato: & ita docet contra Cajetanum, 1. 2. quast. 19. art. 5. ¶ 6. Salas ibid. trad. 8. disp. unica, fct. 3. num. 30. Valquez disp. 6. 7. cap. 1. ad fin. & aliis pluribus relatis Thomas Sanchez lib. 3. in Decal. cap. 11. num. 10.



DISPUTATIO II.

De conscientia opinante, seu de opinione.

PUNCTVM I.

Quae sit opinio probabilis, que probabilior, que communis, & an communis singulari sit praefenda.

1 Qui de his agant late.

2 Que sit opinio probabilis.

3 Sufficiat ne unius auctoris dictum opinionem probabilem constitueret: Respondetur cum distinctione.

4 Propositio aliquis Doctoris neoterici, namets videatur contra communem non debet ut improbabili indicari.

5 Debet tamen hoc propositio non incidenter, & perfunctorie esse proposita.

6 Factum unius Doctoris non videtur opinionem probabilem constitutre.

7 Opinio probabilior est, que firmori ratione fulcitur.

8 Regulariter que à pluribus approbatur, probabilior est indicanda.

9 Sapientia probabilior non talis tibi appareat.

10 Opinio communis est qua communiter à Doctoribus rem ex professo traduntur.

11 Hoc opinio regulariter particulari est praferenda.

12 Aliquando singularis communis preferatur.

1 His igitur latissime Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 2. à cap. 9. Vasquez 1. 2. quast. 19. dist. 6. Anton Perez in sua laurea certam, 10. scholast. sub. 2. à cap. 6. usque ad 9. & alij in discursu referendi

2 Primum igitur dicendum est opinionem probabilem eam esse, quae firma ratione fulcitur, neque contra id habet rationem coniunctivam: enim illam habet, iam non opinio, sed error erit, ut bene dixit Ioana. Sanchez in seleci. dist. 14. n. 8. Contingit autem poterit, ut tibi probabiliter opinanti ratio aliqua in contrarium videatur coniunctiva, sed non inde probabilitatem opinio amittit: nam licet tu solus illam rationem non possis, alius tamen solute poterit, & hoc tibi debes persuadere, cum sapientia multe rationes tibi infolubiles representantur, que ab aliis facilissimo negotio solvuntur. Quare impudenter procederes, si ob hanc causam, aliorum opiniones, que ut probabiles citemur, improbables iudicares: conceptus Ion Sanchez, supra Thom. Sanchez in Decal. lib. 1. cap. 9. n. 6. Sayrus in clavis regia lib. 1. cap. 6. 7. Vasquez dist. 6. 2 cap. 4. n. 8.

3 Solum est dubium, an unius auctoris dictum sufficiat, opinionem probabilem constitutre?

Respondeo cum distinctione, si res pro qua est opinio ab auctoribus agitata non sit, nemini potest esse dubium, dictum unius grauius, & p.ij Doctoris, qui ratione firma intelligitur moueri, sufficere ad opinionem probabilem constituantur tam sibi, quam alii: si vero res controversa sit à paucis, potest vir doctor aduersus illos sentire, si rationem firmam in contrarium habeat. Quod si à multis sit ex professo res agitata, & omnes perennis rationibus unum sentiant, adhuc existimat Ioan. Sanchez in seleci. dist. 44. num. 62. posse virtutem dictum contrarium probabiliter opinari, si videat aliquam rationem pro sua parte state ab illis insufficiente solutam, hoc enim modo opiniones probabiles in scholis fuerunt introductae. Verum eti. hoc in aliquo casu contingere possit, raro tamen: potius enim talis Doctor credere debet se errare, quam aliorum iudicio praeponit timete enim debet ne lumen, quod sibi efficitur, tenebris sit prudenter enim & humiliter peti aliorum iudiciorum (ubique, & conformatae ut recte colligatur) Nauar. cap. 27. num. 286. ¶ 289. ex cap. prudens, de officio de legatis. ¶ cap. de quibus. distin^t. 20. Aliquando tamen quod multis reconditum, & abstrusum erat aliqui manifestatur. Quot enim veritates tempore D. Thomae & Bonaventurie eludatae sunt aduersus communem, & receptam sententiam: Ecclesia enim Dei quotidie illuminatur, & bene dicit Glos. in cap. ad nos fratres de consuetudine, verbo incipientibus interdum reuelatur minori quod maior nescit: & est optimus textus ad id probandum cap. si habet. 24. quast. 3. quod est August. cap. esto. subiectus, quod est Hieronymi ante finem. 95. dist. Et ita unius Doctoris grauius dictum, si firma ratione munatur, sufficere ad probabilem opinionem affirmandam aduersus communem docuit Azor. i. 1. cap. 17. quast. 6. Gabriel Vasquez, 1. 2. 3. 4. dist. 6. cap. 4. 9. 12. Thomas Sanchez, lib. 1. in Decalog. cap. 3. 9. Villalobos sum. tom. 1. trad. 1. dist. 4. num. 17. Henriquez de pontif. leg. lib. 4. cap. 18. num. 3.

4 Ex his inferatur manifeste, si in libro alicuius Doctoris neoterici inuenias aliquas propositiones absolute affirmatas, que aduersus communem videntur, non illas ut improbabiles debet iudicare: immo potius illas debet censere probabiles, dum tibi non constat à Sede Apostolica esse ut improbabiles iudicatas. Si enim ex consilio illius doctoris verbo tenus prolati moteri potetas ad agendum, qualiter mouentur; discipulus, & secundum procedit sententiam magistri p.ij, & grauius sequens, ut teneat Panormitanum in cap. Capellanus, de feris. Imolac. per tuas, el. 2. de simonia & tradit. villalobos tom. 1. sum. straf. 1. difficult. 6. num. 1. Nauart. conseil. 2. de paucitate. ¶ remissio. à fortiori poteris ex consilio typis mandato, cum tunc maiori circumflexione proferatur, & ab aliis doctoris sit prius approbarum: si docuit Azor. lib. 1. cap. 17. quast. 4. ¶ 5. Villalobos supra Dixi, alicuius Doctoris neoterici, p.ij, & grauius Nam de Doctori antiquo maior dubitatio esse potest, an eius opinio et si suo tempore probabilis fuerit, antiqua iam sit & à Sede Apostolica censetur communius recipiobata, ac proinde de vir rudis, & indoctus eius dictis rancum fidere non debet que omnia opinione docuit sic uollet, Thomas Sanchez & doctio morale lumen, lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 10. ¶ 1. & confidit Valquez 2. dist. 6. cap. 4. num. 17. ¶ 18. Villalobos 1. sum. straf. 1. diff. 6. num. 1.

5 Aduersus tamen, ut opinio alicuius Doctoris aduersus communem probabilis censetur, non sufficit, si perfectorie, & incidenter, & occasione alicuius argumenti dicta sit (est ita placet Ioan. Sanchez dist. 44. num. 62. fine.) Nam ut bene dixit Maclardus de probationib. concius. 1. 143. n. 1. que dicuntur

dicuntur incidenter, forte ad colorum, non ad probationem dicuntur, sicut confessio incidenter facta, vel quae sit ad alium fidem, non praedicar confitenti, ut afferit Giolla in cap. paxi-
tatione 50. disp. per Doctores in cap. ac clericis, in princ. de
iud. Requirunt ergo, ut resolutio dicatur. Et multo minus
sufficit, si in indice libri dicatur: non enim indices ea cura
ab authoribus sunt inspecti, & tamen ipsius autoris non sunt,
sed ab aliis tertio. Quando autem in indice ratio conclusionis
adducitur, placet Ioan. Sanchez. disp. 44. n. 69. posse tuto talen-
tum dicere, quia tunc fecerit idem est,
et in corpore libri dicetur.

6 Nunquam tamen exstinxisse sufficere ad probabilem op-
inione constitutum factum, quod nos Doctores etiam p. Nam
tamen ad factum moueri potest, vel ex aliqua dispensatione si
facta in lege, quam aliis non cognoscit, vel ex aliqua pa-
tione, aut inadvertentia. Non enim semper religiosus oper-
atur quod honestum est: & ita tradit Ioan. Sanchez. disp. 44.
num. 71. Exstinxisse vero sufficere, si plures religiosi id vide-
reant efficeret tempio: tunc enim præsumendum est
licet. Sic sā in editione Romana, & complutensi, verbo, dis-
cussion. 6. 3.

7 Dico secundo. Opinio probabilior est, quæ fieri potest, &
efficiari fundamento scilicet, non quæ a pluribus Doctori-
bus defendunt: sic docuit Nauart. sum. cap. 27. num. 289. Tho-
mas Sanchez. lib. 3. de doct. in cap. 44. n. 27. Ioan. Sanchez. disp. 44.
num. 68. Villalobos tom. I. sum. tract. I. a ff. 4. num. 2. Azotius
lib. 1. n. 1. moral. 10. quest. 2. post manus. & q. 4. & mul-
tis allegatis docuit Mafcard. de proportionib. conclus. 1143. n. 3. &
3. & contra ex text. vulg. in libri 3. neg. C. de veteri iure enu-
ciando, ibi. Sed neque ex multitudine authorum quod melius, &
quoniam est, iudicari debet, cum post certos forsan, & deterioris
fieri potest, & malorum, & maiorum aliquam in parte superare, quem
tempore commendat maximus Abbas cap. 1. de confit. 2. & 3. & cun-
duca in principiis, & ibi Ioan. Andr. & alii relati à Mafcard. suprā.
Eiusmodi canonico est pro parte textus expressus in cap. Ca-
pitanus, de fere: ubi daz fuerunt opiniones Pontifici popu-
li x. & posteriori elegit, quia (inquit Pontifex) melior, &
probabilior ratione metabatur.

8 Regulariter tamen loquendo, ea sententia probabilior est
iudicanda, quæ a pluribus defenduntur, & à doctoisibus: ut dixit
Philosophus. Loppe. cap. 1. Probabiliora sunt, quæ videtur omnibus,
vel ploribus, vel sapientibus, & iis, vel omnibus, vel plu-
rimum, vel maxime non, & illistribus. Non præcisus, quia ab iis
defendatur, sed quia præsumi debet, efficaciter rationem pro-
fe habere, eum plures ad eam defendantur concuterint. Quare
si una fundamentum careat, eorum sententia non est iudicanda
probabilior: imo, ut dicit Ioan. Lup. cap. per usuras, de donat.
inter vrum & vixrum, nos. ab. 3. §. 20. n. 12. illis non est creden-
dum, si fundamentum careat.

9 Adiuerto tamen contingere aliquam sententiam probabilior-
rem esse, non tamen ibi uti appetere, vel qui eius fundamen-
tum & parvum ignorare, vel quia tibi contraria fundamenta
probabiliora videtur. At ad actions regulandas non tam atten-
di debet, quid opinio in se habeat, sed qualis tibi appearat, &
bene nouisti. Ans. Perez ex Caio. Salas. Cartam schoolagi. 10. n. 41.
& Villalobos t. 1. sum. tract. 1. diff. 4. n. 8.

10 Dico tertio. Communis opinio est, quæ à Doctoris
can ex professo tractantibus communiter defenduntur. Nam si
perfunditur solūm in illa tractent, etiam si plures sint, non
exequunt pacis eam ex professo disputationibus, ut oprime-
admet Menoch. de prob. 1. lib. 2. prob. imp. 71. n. 39. Alciat. de
prob. regula 1. & prob. 5. n. 2. & se ipsum intellige. Nauart.
cap. 27. n. 289. Azotius lib. 2. n. 1. 13. res. fin. Ioan. Sanchez. disp.
44. n. 68. & disp. 29. n. 7. Debet tamen iūi Doctores ex professo
questionem disputantes certi Doctores doctrina non esse ita
addicta, ut cum tanquam oves, & volentes vnam præsentem
sequantur. Nam tunc nob̄ communis opinione, sed singu-
larem efficere, quod bene docuit Azotius. suprā illa cap. 13. cum
Nauart. Decio. Alejandro. & aliis. Inter Doctores vero ex pro-
fesso questionem disputantes plures reporta, qui suam opinio-
nem communem esse aliquid, cum tamen ali⁹ oppositam
communem esse afferuerint, & ideo non facile discerni potest
quæ sit communis opinio. ut dicit Azotius. suprā n. 11. nisi Doctores
equales, & videtis multo plures. & doctiores pro vna
parte stat, quā pro alia. Quando autem facile cognoſci non
potest quæ sit communis opinio, tunc plurimum conduceret
iudicem habere proprium, cum in possit tunc adhaere, utri
opinio maluerit, nec tenetur in syndicatu, ut ex Abate, Bilde,
& aliis docet Mafcard. de probat. concl. 1143. n. 20. imo
neque quoniam sequitur opinione probabilem recta probabi-
litas, quoniam pludens operatur, docet Ioan. Sanchez. disp. 44. n. 79.

11 Dico quarto. Communis opinio regulariter præferenda
est particulari, non loci particulari ita efficacem, ac summa ra-
tionem habet, ut metu oī multorum sententiarum preponi debeat,
ut a ex parte in cap. Capitanus, de fere, & tradit illi Azotius. lib. 1.
n. 1. ff. 4. n. 19. Homin. lib. 4. de Ponsif. legib. c. 18. n. 3. Villalobos t. sum.
n. 1. 1. ff. 4. n. 19.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I.

12 Ex qua doctrina probat Thomas Sanchez lib. 1. de ma-
tricis. disp. 18. n. 7 & Mafcard. suprā n. 1. opinione singulari-
alicius Doctoris probabili ratione nitementi præferendam esse,
si valorem matrimonij defendat, plurimum sententie illud impa-
gnantium, & adducunt pro fe Hotties, Abbatem, Felium,
Decum, & alios: idemque dicendum existimat, si opinio
singularis fuerit causa pia, testamento, libertati, doni, & simili-
bus: idemque docuit Nauart. cap. 27. num. 287. Villalobos
tom. I. sum. tract. 1. diff. 1. n. 1. 3. & generaliter quilibet
opinio defendens valorem actus præferendam est contraria sen-
tentia, etiam si contra teum in favorem actoris, ut ex multis
allegatis docet Nauart. & Villalobos suprā. Et ratio omniū est,
quia stat pro omnibus præsumptio iuris, & veritatis pro omni-
bus illis causis, ut probat Barbatia in cons. 6. scriptum est præ-
clarè, col. 1. vers. 1. nonum, vol. 1.

P V N C T V M II.

An liceat tibi opinionem probabilem & mintis
tutam sequi relicta tua tutiori, &
probabiliori.

- 1 Qui negent, & quibus suam sententiam probent.
- 2 Probabilis est eligi posse opinionem probabilem, relicta pro-
babili.
- 3 Satisf. 1. & 2. argum. contrario.
- 4 Tertius fundamentum dissoluitur.
- 5 Non solum patet relicta probabiliori opinione secundum pro-
babili aliorum operari, sed in casu gravis necessitas
tereris.

1 Negan plures primi, quia sic operans errare vis, non
in cap. iuueniis, de ssionib. cap. 1. & antientiam, cap. significasti
elect. 2. de homicidio, dicitur in dubiis rationem patem esse
secundam, ne errandi periculo aliquis te exponat. Secundo in
cap. Capellanus, de fere, sequitur est Pontifex secundo loco
propositum, eo quod melius, & subtilior ratione ntebatur.
Sentit ergo probabilitatem secundam esse, relicta semper
probabilis. Tertiū non videtur qua ratione id fieri possit: nam
sequens opinionem probabilem aliorum, vel tecum propria,
qui tibi tutor, & probabilior apparere, vel non? Si retiges, im-
possibile videtur te operari secundum opinionem aliorum:
nam ad hoc ut operis bene, efformate debes iudicium
prædicum de bonitate obiecti: hoc est, indicare debes hinc & nunc
tibi esse licitum operari: hoc autem iudicium contradicitorium
est alteri iudicio probabiliori, quod habes tibi talem
operationem non esse licitam, & licet quod liber ex his iudi-
citis causas, seu mortua diversa habeat, in causa non est, quo-
minus iudicia inter se contradictoria sunt. Ergo simili est nos
possunt. Si dicat te tenuere propria opinionem, cum secundum
opinione probabilem ieq. 2. ita defendit Conrad. de con-
trad. 7. q. vls. vol. 1. Corduba lib. 1. q. 13. Armilla verb. opinio. §.
1. & seqq. Sylvest. vol. 1. q. 2. & verb. dubium. q. 2. Burgos de
Paz. in præmio legum Taurin. 162. & 163. at n. 409. dicit ei-
gi posse opinionem aquæ probabilem, sed non dicit minus pro-
bablem.

2 Nihilominus communis sententia est, & mihi probabi-
lor est (uti supradicta sic fas probabilis) eligi posse opinio in
minus probabilem, & tutam, relicta probabiliori propria, &
tutori: si tener Valent. 1. 2. disp. 2. 2. quæst. 14. pars. 4.
Valquer disp. 62. cap. 4. & seqq. Salas ibi, immumeros refe-
rens tract. 8. disp. univ. sect. 5. num. 66. §. hac opinio. Pet. Na-
uart. lib. 3. de fere. cap. 1. dub. 13. num. 237. in neua edit.
Nauart. cap. 27. n. 289. & 288. Sayus in elau regia lib. 1. c. 5.
num. 4. & 8. Thomas Sanchez pluribus (vi mos est) relatib.
lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 14. Ioan. Sanchez illos, & alios
plures allegans disp. 42. num. 12. Probo prius, cum ex opini-
one probabili aliorum operaris, prudenter operaris, tum quia
ali⁹ ex illa operantur prudenter, & præcipue, quia tamen opinio
qua⁹ al⁹ cui⁹ probabilior, & tutor apparere, probabilior non est,
& tutor. Ergo poteris relicta tua opinione probabiliori aliorum
probabilem amplecti. Secundū si teneris sequi opinionem, quæ
tibi probabilior appetere, neque potes ex probabili aliorum
legentia operari, mille scrupulis agitari debes, & singulis horis
obligaberis opus variare, cum iam vni opinioni ut probabiliori
adheretas, iam contrarie, ut bene expendit Salas suprā n. 68. in
consim. 2. 6. arg.

3 Neque obstante contraria adducta.
Ad primum respondet te operantem ex opinione probabi-
li aliorum errare non velle, cum sequitur viam eligas, ac

A 3

si ex tua probabilitati sententia operaritis; nam, ut bene probat Ioann. Sanchez disp. 44. num. 66. inter probables opiniones nulla datur formaliter tutor, & fecutor altera: omnes enim sunt aequaliter secundum securitas enim opinione in ea sua est, ut operans ex illa nullo modo Deum offendat. Cum ergo operans ex opinione probabili nullo modo Deum offendat, efficiuntur aequaliter secundum esse, ac si ex opinione probabilitati operaretur. Quando autem dicunt a Doctoribus unam opinionem fecurioriem, & tuos etiam alios, non de securitate formaliter materiali loquuntur, hoc est, securus opinionem probabilem, & tuos etiam non lo um non attingit formaliter culparum, sed nec materialiter, ut contingit cum est opinio probabilior obligans ad restitutionem, & est alia opinio probabilis deobligans, in restituione enim facienda nulla est potest nec formalis, nec materialis dissonantia ad rationem: at si non rectificatur, est potest materialis dissonantia menti diuox, quae dictabat in tali causa restituitionem esse faciendum. Numquam tamen obligabis sequi quod in te ceteris est. Praterea cum operaris ex opinione probabili, operaris similiter ex probabilitati: nam probabilior opinio est te posse ex opinione probabili, reliqua probabilitati operari. Ergo cum ex illa operaris, ex opinione probabili operari: probabilis enim opinio concutit, v.g. ad te excludandam à restituitione facienda, & probabilitati opinio concutit ad te excludandam ne obligabis eligere opinionem probabilem, que tibi dicebas: est restituitionem faciendum: sic Sanchez supr. n.72. Ex his respondetur ad textum in c. iuueni. c. ad audiencem. &c. significavit, mandatur enim in dubius tutorum partem esse eligendam: quia cum dubium proprium est, folio vos patet tuta: at cum ex opinione probabili operaris, cum tunc dubius proprie non sis, utraque pars est aequaliter tua.

Ad secundum respondeo te debete sequi ex consilio opinionem, que meliori, & subtiliori ratione nititur, non tamen ad id obligaris, si oppositus sententia rationem probabilem habetas, vt bene dixit Sylvest. verb. opinio, n. fin. 9.1.

4 Ad tertium, quod est difficultas, respondet Azot. tom. 1, institut. moral. lib. 2. cap. 16. q. 4. f. 2. & cap. 17. q. 7. Valquez 1.2. quæst. 19. art. 6. disp. 62. cap. 3. num. 10. & cap. 4. n. 18. & 19. præcipue circa finem, accedamus, ut possis operari secundum opinionem probabilem aliorum, sed simul te habete posse illos duos assensus, alium nitentem principii intrinsecis ipsius rei, alium nitentem principii extrinsecis, scilicet auctoritat Doctorum. Doctissimus noster Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 12. & 15. ab solute affirmat posse esse illos duos assensus probabiles simul, etiam si principii intrinsecis proueniant, quia intellectus (inquit) non affirmit vitramque sententiam esse certam, sed veramque esse probabilem, seu probabilitate sufficiens posse Mihil tamen dicendum videtur nequam simul esse posse illos duos assensus, sive ab intrinsecis, sive ab extrofieciis principii proueniant, ratione in arguimento facta, quam sic explico. Iudicas probabilius si ad beneficium eligas dignum omisso dignior, te esse obligatum restituere, alia opinio affirmat te non esse obligatum: esse, & non esse obligatum manifestam contradictionem inuoluit. Ergo non potest simul ab uno intellectu judicari. Bene tamen stat te iudicare tuam opinionem esse probabilem altera, & alteram esse probabilem: at hoc iudicium nec dixit opus le solo, neque est indicatio probabile de quo loquimur, sed est indicatio evidens: evidenter enim iudicas tibi probabilitatis appetere obligatum esse ad restituitionem, aliorum sententiam deobligationem probabilem appetere. Quod autem insufficiens sit ad regulandum actionem le solo, prob. Nam si probabilitas iudicabas te esse obligatum restituere, ut ab hac obligatione eximatis, debes iudicare te non esse obligatum: non enim sufficit si iudices alios sentire te non esse obligatum, nisi tu sentias te obligatum non esse, alia contra propriam conscientiam faceres ex aliorum opinione operando. Ergo si terimes tuam probabilem, vel probabilem sententiam de obligacione, ne quis simul assentient obligatum non esse, sed ad summum potius dictum. Ita in Decalog. c. 9. n. 42. in medico consulente contra propriam opinionem: vbi postquam dixerat non esse hincum, subiungit. Quod intellego tenetem eo dictam, nam attendens doctores contrarium alterem, posset prudenter id deponere, ac iam medicinam consulere.

5 Ex supradictis inferitur non solum secundum probabilem aliorum opinionem te posse operari, reliqua probabilitati propria, sed in casu grauius necessitatis te teneri aliorum opinionem parum alias probabili conformare. Quia ratione illius grauius necessitatis, & periculi opinio alias parqui, vel nihil probabilitatis habens redditur maxime probabilis, & secura, ita doceat Thom. Sanchez lib. 2. de mahr. disp. 36. n. 8. & in Decalog. lib. 1.

cap. 9. num. 2. cum Soto de secreto tegendo membro 3. q. 2. concl. 3. & Nauart. c. p. inter verba in 2. ed. coroll. 33. num. 135. & Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 8. Explicantque doctrinam variis exemplis. Primo, putas iudicem legitime interrogare de criminis aliquis grauis, & honestas persone & reipublice non medocerter necessariae: non tamen tibi omnino confit, sed habes aliquem scrupulum, & dubium, poteris tunc tacere, neque ad sedum illum respondere, iudicantis in tali causa probable esse, te posse tacere. Secundo, si mulier contrahens bona fide matrimonium iniquale, postea non possit nouum consensum expescum à marito extorquere, sufficiet, si affectu maritali acceder. Tertio, exhibet mortuus signa contritionis sacerdote absente, poteris postea veniens in praesencia illum absoluere: quia in iis casibus grauius necessitas probabilem opinionem facit, quæ alijs probabilis non esset.

P V N C T V M III.

An possit Doctor, vel confessarius consulere, vel docere opinionem minus probabilem, reliqua probabilitati propria.

- 1 Posse consulere etiam in materia iusticie.
- 2 Propositus obiectio, & solvitur.
- 3 Limitans aliquis intelligatur, quando interrogantem deobligans.
- 4 Si rogans intelligat sibi esse obligationem consultam ex aliorum opinionem probabilem, bene potes consulere.
- 5 Quid dicendum in causa quo sensives opinionem esse improbabilem, defendit ut probabilem ab aliquibus, poteris interrogatorem remittere ad illos?
- 6 Potest interrogans, cui grata non est resolutio unius Doctoris, alium adire, si recta intentione procedat.
- 7 Doctores, seu rectores cathedrae non tenentur docere quæ sibi probabilita evidentur.
- 8 Improbabiles opiniones docens ex malitia, vel ignorantia culpabili peccatum esse leibile.
- 9 Si non ut magister, ut quidam specialis Doctor opiniones improbabiles in Logica, vel Grammatica haberet, non videatur excedere culpam veniam.
- 10 In rebus ad mores pertinentibus mortale attingit.

1 R Espondeo consulere posse in qualibet materia etiam in materia iusticie, & sibi convenientiis esse. ita Sartus in clavis regia lib. 1. cap. 6. n. 11. Salazarat. 8. disp. vniuersit. set. 6. n. 69. & set. 9. n. 84. Valquez disp. 61. ap. 9. n. 47. Th. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 19. Ioan. Sanchez disp. 41. n. 7. Ratio est, quia si ex opinione aliorum, ut ex punto precedenti constat, insufficienter regulas tuas actiones, cur non poteris aliorum actiones regularis?

2 Dices Interrogans non rogat de aliorum opinione, sed de tua Ergo ut ad eius mentem respondeas, propriam opinionem tenetis manifestare.

Respondeo primo, interrogantem non tam inquirete tuam, vel aliorum opinionem, quād quid ipse efficere possit, sive ex tua, sive ex aliorum opinionem secundum, esto interrogat de tua, non temere obligaris illam manifestare, sibi enim inconvenientia ex tali manifestacione oriuntur.

3 Hanc conclusionem limitat Salas supr. set. 9. num. 8. & Valquez lib. 11. num. 47. Ioan. Sanchez, disp. 43. n. 42. & disp. 44. num. 50. vt intelligatur quando interrogantem deobligans, tecum si illi obligationem imponis. Tunc enim dicitur id Doctores te non posse secundum opinionem probabilem aliorum consulere, cum enim ipse non de aliorum opinione roget, sed de tua, immixtio illi obligationem imponis. At Thom. Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 21. cum Salas supr. & set. 10. n. 95. semper te posse consulere tam exemptionem legis, quam obligationem illius ex aliorum opinione, nisi expresto rogans inquirat, an aliqua ratione excusat valerat à restituitione, v.g. facienda, tunc, inquam, teneris aut à consilio dando abstiner, aut aliorum opinionem probabilem excusatem declarare, & in hoc causa ne minor est dubium.

4 Senio igitur te posse ex aliorum opinione obligationem consulere, si rogans intelligat solum ex probabili opinione sibi esse obligationem consultam, tunc enim veritatem manifestas, neque illi iniuriam facis, siquidem tacere dicas, contra utrum esse probabile, & posse illud tuos sequi. At si rogans intelligat id sibi ut indubitate consulit, qualiter solent rudes, & ignorantes intelligere, inquam illi facis, si ab ignorantia non renoueas, & veritatem non manifestes. Praterea omnes petentes consilium esto excepti non rogant, an aliqua ratione excusat à restituitione valent, tacere rogant, cum dicunt, an obligati sint restituere? Si ergo cum expresto rogant, an aliqua ratione à restituitione excusat, teneris manifestare aliorum, vel tuam probabilem sententiam excusatem, si teneris cum absoluto de obligatione interrogant. Nullus enim praelium debet sibi velle impone obligacionem, cum ab illa possit excusat.

5 Sed

5 Sed quid si opinione deobligantem à restitutione sententiæ improbabilem, posse remittere interrogantem ad Doctorem quem illam ut probabilem defendere?

Respondet Thom. Sanch. lib. I. in D. cal. cap. 9. n. 23. te posse, si Doctor ille non ignoranter ductus, sed alius rationibus, qua sibi, & aliis probabiles videntur, sententiam defendat. At hoc dictum substitutæ non potest: nam vel illam sententiam, vel quoniam Doctor ille defendit, evidenter iudicas esse falsoam, vel non iudicas evidenter? si evidenter iudicas esse falsoam, simul eum indicare debes defendantem illam, ignorantia laborare; et proinde in te defendi non posse. Non ergo poteris esse occulto, ut aliquis eam amplectatur. Quod si non evidenter iudicas improbabilem, impudenter procedas, si can ut probabilem non reputes. Nam nec tibi per iurisficta principia non probatur, per extrinsecam tamen probari debet, & sic interrogantem potens ad illum Doctorem fautorabilem remittere, si cum & non potens secundum opinionem illius Doctoris interrogari respondere. Quapropter Valq. d. sp. 62. c. 9. n. 48. & Salas tract. 8. d. sp. 2. n. 69. fine, solum dicunt te non posse remittere interrogantem ad Doctorem alium cuius sententiam falsam videntur reputari; secus dicendum, quando non evidenter reportares falsoam.

6 Ex his infra cum Thom. Sanch. cap. 9. num. 24. & Zumel t. 1. quæst. 76. art. 2. disp. 4. fine, posse interrogantem, cui grata non est resolutionis votus Doctoris, alium, & aliis adire, quoque inveniat placitam resolutionem, modo recta intentione procedat. Quia in hac inuestigatione virutum iure à natura libi concessio, cum solum in cogitari scientiam de obligacione, hoc est, an sic iugis Doctor, qui eum legitime excusat ab obligatione, quam ei imponunt. Timendum tamen est pecuniam erandi, ne forte purans querere lumen, querat tenebras, & inueniat vacuum loco Doctoris, qui cum in foveam decūs. Proper quam cautam hunc sic inuestigationem reum esse mortalis affirmauit. Adrian. 4. mat. de refut. quæst. de prescript. dñi. vii. usq. his præmissis. Nauar. c. 17. n. 83. & sum. Hisp. c. 28. a. d. t. vñ. ad. 2. 27.

7 Dico secundò, Doctores, seu Rectores alieni cathedralia non tenentur docere quia sibi probabilita videntur; sapientia talia soleat esse minus recepta, & probata, & scandala generant, graueque iugum magistris imponerentur, si obligacionem habentem que libi sibi probabilita apparetur. Nam ex vi huius obligationis debentur satis inuestigations pro vita parte, & sapientia, quia sibi probabilita hinc apparent, hinc minus probabilita apparetur, cogitentur quoque matre in scriptis sententiam. Quapropter suffici, si que libi probabilita videntur, doceant: & ita tenet Salas d. sp. vñ. se. 6. n. 69. & Thom. Sanch. lib. I. in D. calog. c. 9. n. 26. quoniam dicat esse veniale, si nulla ratione excusat docēs, que libi probabilita sunt relatis probabilitoriis. At credo nullum esse peccatum, quia semper est ratio excusans, scilicet grave iugum, quod Doctoribus imponetur, & obligatio mutuaria sententia.

8 Quod si magister improbabilis opinione doceat vel ex malitia, vel ignorantia culpabilis: si sit in rebus pertinentibus ad fidem, vel mores, nemini potest esse dubium, esse grave peccatum; cum occasio non gravissimum erandi tribuit, & ipse errat. At si opinione sit in rebus pauci momenti, Logica, scilicet, & Grammatica; alii videbunt peccatum non esse illas doctores, ex textis in cap. in quibus 22. q. 2. vbi Aug. dicit: In quibus nihil interest ad capessendum regnum Dei vitam credantur, aut non; virum vera parentur, aut falsa; in illis errare, alius puto alio putare, non est arbitrio esse peccatum; aut si est, minimum est, atque levissimum. Sed dicendum est, opinione improbabilis docere communiter in rebus pauci momenti, lethale esse, cum quia officio magistri, cui se ingrat non faciat; officio enim illius est, veritatem firmare, & errores depellere. Tum etiam, quia graueum iniuriam auditoribus infert in eorum intellectibus errores leniendos; propter quae sentit Petr. Nauar. lib. 2. & refut. cap. 2. dub. 1. n. 82. obligatos esse magistros restituere, hoc est, deceptionem tollere.

9 At si non magister, sed ut quidam specialis Doctor opinione improbabili in Grammatica, vel Logica securius causam ingredi excedit, leue peccatum tantum erit, iuxta doctrinam Aug. suprà, qui non de docente publice has opiniones fallas obligatos est, sed de affectante illis: & ita tradit Salas, & Thom. Sanch. s. p. 2.

10 Quod vero addit Salas illo tract. 8. disp. univ. se. 5. n. 44. circa medium scilicet per se loquendo. Si quis non in praxi, sed in solo affectu temeriter circa res morales opinione improbabiles amplectetur, non peccatum mortaliter, scilicet scandalo aliorum, & proprio peticulo amplectendi eas in praxi, sed in via literis tantum; mibi nullo modo probatur, sed peccatum esse mortale afflissum. Primo. Quia ex malitia, vel ignorantia culpabili de rebus ad fidem, vel mores pertinentibus male sentire grage malum est. Secundo. quia non videtur posse carere peticulo amplectendi tales opiniones in praxi, cum sic illi adhæreat. Tertiò, quia haec videtur opinio Aug. suprà, cum enim dixerit nullum

vel leue peccatum esse sequi opinionem falsam in rebus, in quibus nihil interest ad capessendum regnum Dei, tacite insinuat in his rebus, quæ ad capessendum regnum ordinantur, peccatum graue esse,

PUNCTVM IV.

An Confessarius possit, & debeat contra propriam opinionem penitentem sequentem opinionem probabilem absoluere.

- 1 De Confessario delegato negant aliqui.
- 2 Affirmandum est de ordinario, & delegato posse.
- 3 Addit verumque esse obligatum posse causa iudicij seu confessione incepta.
- 4 Secus dicendum ante iudicium de eo quæ obligatus non est confessions audire. Et de qua opinione hoc verum sit.
- 5 Obligatus penitentis opinioni probabilei se conformare, sub qua obligatione hoc sit variante Doctores.
- 6 Probabilis est sub obligatione mortali teneri.
- 7 Penitentis credens ex aliorum opinione probabili contractum licitum esse, absoluendus est, iamet si confessarius tali opinioni non assentatur.

1 DE Confessario delegato negant aliqui posse; etsi affirmamentum de parochio ita Antonin. 3. part. ii. 17. cap. 20. §. 2. Sylvest. verb. Confessor. 3. quæst. 7. Angel. confessio 4. n. 1.; Cour. tract. 7. de contract. quæst. 100. coroll. 3. ea parte contentit Ioan. Medina C. de confess. quæst. 19. in fine. Eman. Sa in edit. Romana, quatenus affirmant posse Confessarium cogere penitentem, ut suæ opinioni probabili adhæreat. Ratio esse potest; quia delegatus cum tenetur ministrare sacramentum petenti, solum videatur posse illud ministrare secundum propriam opinionem, & non aliorum. At parochus cum tenetur ministrare, est graue onus, si aliorum opinioni se conformeat non potest.

2 Dicendum tamen est cum communis sententia, quælibet Confessarium, sive ordinarium, sive delegatum, posse penitentem sequentem opinionem probabilem, v. g. opinionem deobligantem à restitutione, absoluere, quoniam ipse Confessarius tali opinioni non assentatur, modo assentatur esse probabilem: docet Nauar. cap. 17. n. 280. & 288. & in cap. si quis autem deponit. d. sp. 6. n. 66. Toler. lib. 3. cap. 20. num. 4. Sayrus de sacramento penitentia. c. p. 35. n. 2. & lib. 1. in clavis regia. c. 9. à n. 13. Suarez 10m. 4. in 3. part. disp. 32. se. 5. Valquez d. sp. 62. cap. 5. Azor. lib. 2. cap. 17. quæst. 10. Anton. Perez ceteram. 10. scholast. dub. 2. quæst. 93. Villalobos 10m. 2. summ. tract. 1. a. fcc. 12. Thom. Sanchez lib. in Decalog. c. 9. à num. 28. Salas quæst. 21. tract. 8. disp. univ. se. 9. n. 82. Valent. 2. a. d. sp. 5. quæst. 7. pun. 4. in fine. Ioan. Sanchez innumerous congerens disp. 33. n. m. 54. & d. sp. 44. num. 33. Ratio est manifesta: nam quilibet Confessarius sive proprius sive delegatus, nihil aliud à penitentia exigere potest; ut absolutionem impedit, quoniam confessionem omnium peccatorum; cum vero dolore, & propulsio non peccandi, quibus nullo modo obstat penitentia adhæret sua opinioni probabili. Ergo capax est absolutionis, ut pote ritus dispensatus.

3 Difficultas autem est, an non solum possit, sed etiam debeat absolutionem impendere?

Respondeo debere, sive sit parochus, sive delegatus, quia etsi delegatus voluntarie se contentit ad iudicandum; at posita iam causa iudicij, scilicet accusatione peccatorum, necessarij sententiam debet ferre, & cum penitentis titulus sit dispositus absolutioni, nequit cum deponere: & ita tradit Valent. Azor. Salas, Suarez, Valquez, & veteris Sanchez suprà.

4 Dixi, posita causa iudicij, seu confessione incepta: nam ante illum sicut Confessarius delegatus non tenerit audiire confessionem penitentis, neque etiam tenetur eius sententia se conformare; alius obligari posset Confessarius sententia priuilegium Bullæ regulatibus non prodebat ad effectum absoluendi a referatis, audiit confessio n. m. & ab eo necesse regularem sententiam prodebat, quod non est dicendum. & ita tenerit Ioan. Sanch. d. sp. 4. n. 10. §. ad valde notandum. & addit obligacionem Confessarii, absoluendi penitentem sequentem opinionem probabilem esse, quando opinio probabilis est de aliqua re facta, vel efficienda ab ipso penitente, non de re quæ se teneret ex parte Confessarii, qualis est de iurisdictione, vel approbatione ipsius: tunc enim negata absorbitio non arguit indispositionem, & indignitatem in penitente, sed defectum iurisdictionis in Confessario; ac proinde nulla penitentia interrogatur iniuria, sed potius cum sibi interrogat Confessarius: & consentit Basil. de Leon. lib. 4. de matr. c. 25.

5 Causa autem quo tenerit Confessarius penitentem absoluere, non est concors Doctorum sententia, sub qua obligacionem teneatur: Sayrus, Valquez, & Salas suprà, & Monchesios 1. 2. disp. 19. q. 5. n. 199. affirmant delegatum solum sub veniali teneti, & sapientia bona fide, & zelo lute opinionis excusari.

Anton. Petrus *sapra*, nec venialis agnoscat, si suam opinionem Confessarius longè probabiliorum reputet: habet enim (inquit) causam suspendi absolutionem, scilicet, ut vires sua opinio accipiat. Excepit caum, in quo penitentia ex precepto Ecclesie communicata tepeatur: tunc, inquam, gratae osus penitenti imponetur ex denegata absolutione, cum rite dispositus accedat. Sunt. solum dicit eis: grauem obligationem, non tamen semper sub mortali. Conscientit Thom. Sanchez, dicens ex patuitate materiae regale esse negare absolutionem, ut si confessio esset ita brevis, aut de tolis venialibus facta: quia tunc non videtur grane onus penitentie imponi, alium confessorem adeudit. Ioan. Sanchez, *disp. 33. n. 54. fine*, dicit esse mortale, si sit de mortalibus confessio: unde tacere inquit esse veniale, si de venialibus esset facta.

Ego vero in hac opinionum varietate ex illo probabilis semper esse peccatum mortale negare absolutionem penitenti, quem cedis esse rite dispositum, si ipse in tali negatione non consentiat, sive confessio sit de mortalibus, fuit de venialibus facta. Et de mortalibus videatur clarum: nam obligare penitentem ad iterum confidendum peccata grava, habendumque dolorem, est gravis onus. De peccatis autem venitalibus sic probo. Nam negando absolutionem prius penitentem magno beneficio sacramenti, ad quod habes ius. Ergo peccata gravior. Quod autem huiusmodi priuationem ipsa posse faci separare, easdem peccata venitalium confidendo, non te excusat a peccato, cum habeas reparatio per accidentis sit: sicut non te excusat a gravi iniustitia, si dignum aliquo beneficio Ecclesiastico, illo priuatione, sciens facilissimo negotio aliud aquae bonum posse consequi: quia ad gravitatem culpa non debet attendi, an possit damnificatio dannum reparare: suffici si damnum factum gravis sit. Quod autem priuatione absolutionis, & fractus sacramenti in confessione venitalium gravis dannum sit, & gravis materia sic probo. Quia si ex *voce* tenebris confessionem venitalium efficer, & omittentes, absque dubio gravior peccates. Ergo signum est esse materiam graviem, obligare penitentem, vel carere fractu ipsius confessionis vel illam iterum efficer.

Ex his infero a fortiori penitentem bona fide existimantem, contractum aliquem sibi licet, queque vere licetus est ex aliorum opinione probabili, eto Confessarius tali opinioni non afferatur, esse nec esset absolucionem, quia accedit rite dispositus: sic tradit Villalob. *t. 1. sum. tr. 1. diff. 12. n. 2.* & tenetur omnes supradicti Doctores conscient. At si penitentem existimet ex ignorantia contractum illum licetum, illuc non existentur Confessarius penitentem monere licetum esse secundum aliorum opinionem, ut sic a periculo peccandi penitentem remoueat, sic ex *Salon. 2. 1. quies. 62. a. 2. contr. 4. paulo ante solu. argum.* docet Th. Sanchez, *lib. 1. de Decal. c. 9. n. 31.* Quod si ille contractus omnino est illicitus, debet Confessarius penitentem monere, & si ab illo desistere non vult, in absolucionem remittere, ut pote indispositum: sic tradit Barthol. Ledesma, *in sua sum. sit. de jac. penit.* *diff. 14.* Villalobos *sapra* *n. 4.*

P V N C T V M . V .

An in administratione Sacramentorum liceat uti opinione probabili, & in re minus tutu, reliqua probabili, & tuitori vel omnino certa.

- 1 Quando pro vitaque parte est opinio probabilis de licito usu, potes cuiilibet te conformare. Quis procedit quando ex una parte est opinio valere sacramentum, ex alia est certus eius valor.
- 2 Sacramentum inuidum est potest ex defectu materiae, vel forma à Christo instituta, vel ex defectu iurisdictionis ab Ecclesia non concessae.
- 3 Proponitur prima sententia negans licet uti opinione probabili, reliqua probabili, vel certa de valore sacramentum: Et quibus probetur.
- 4 Apponitur supradicta sententia limitatio, ut non procedat in causa gravis necessitate.
- 5 Secunda sententia ut probabili defenditur licetum esse uti opinione probabili, reliqua probabili, vel certa in administratione Sacramentorum, nisi ab Ecclesia per consuetudinem, vel speciale preceptum prohibitum sit.
- 6 Explicatur doctrina. In casu, in quibus apparet Ecclesiam fecisse prohibitionem.
- 7 Non licet ministrare Baptismum sub nomine genitoris, Et tametsi baptizatus confessus.
- 8 Apponitur quadam limitatio, sed necessaria non videtur.
- 9 Probatur non esse necessarium sacerdoti monere sufficiemtiam sacramentum se uti opinione probabili in eius administratione.
- 10 Satius argum. num. 5. adductio.

- 1 Pro intelligentia huius questionis aduerto primo non esse questionem, quando pro vitaque parte est op-

nio probabilis, an licet fiat: tunc enim ex supradictis manifeste constat cuiilibet licere eligere quam maluerit, neque se periculum mortali errandi exponit; & contingit in casu contouerlo, an mortuorum exhibenti solum signa contritionis danda sit absolutionis; alii negantibus, alii relictus affirmantibus. Sed quæstio est, quando ex una parte est opinio de valore sacramenti, ex alia parte non est opinio, sed certitudine valere. v.g. est opinio validum esse Baptismum ministratum sub forme genitoris, geniti, & procedens ab utroque. At est omnino certum valere, si ministratur sub nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Item est opinio valide conferari in typho, vulgo *zenteno*: ac in pantricico est omnino certum. Maximum valere, si contahatur coram parochio contahentium, & in propria parochia, admittunt omnes. At si ipse in aliena parochia assilit, opinio est non valere. Confessio facta simplici Sacerdoti absente proprio in articulo mortis, nemini est dubium valere: at si prius sit proprius Sacerdos, opinio est: aliaque immensa exempla adduci possent. Difficilis autem est an tunc licet uti opinione probabili, reliqua certa, & secura.

2 Aduero secundum, inuidum posse reddi sacramentum ex defectu materiae, & formæ à Christo Domino instituta, quem defectum ipsa Ecclesia suppete non potest, vel ex defectu iurisdictionis ab Ecclesia non concessæ, qualiter ita tatu sacramentum matrimoniij celebratum coram Sacerdote, qui non sit parochus contrahentium, & sacramentum penitentis si ministretur a Sacerdote, habente potestatem ordinis, & non iurisdictionis in penitentem. His ergo positivis.

3 Prima sententia negat, sive inuidum sit sacramentum ex defectu aliqui à Christo Domino requisiti, vel ex defectu aliqui requisiti ab Ecclesia, hinc uti opinione probabili, reliqua certa, & secuta in eius administratione. Ita Franciscus Suarez *3. tom. in 3. part. disput. 16. sed. 2.* Et *disput. 1. scil. 4. ad finem. Et disp. 4. 1. sed. 1. in fine. Et disp. 5. 6. sed. in fine. Et 10. 4. finem. Et disp. 4. 1. sed. 1. in fine. Et disp. 5. 6. num. 5.* Henricus *1. tom. lib. 1. de sacrament. ca. 9. num. 15.* Bartholom. de Ledesma, *de sacrament. in genere. dub. 5. conclus. 4.* Petrus de Soto *lib. 1. de inst. sacerdot. lec. 2. de Euchar. Valetia 3. part. disp. 5. quest. 2. punct. 12. tradit. 2. disput. unica. sed. 5. num. 86. & alij.* Mouentur primo, quia facit irreverentiam sacramentum, cum siq[ue] virginis causa te exponi periculo illud irritum faciendi, quod periculum non adest, cum verec opinione probabili circa aliquod præceptum: quia tunc non te exponi periculo illud violanti formulari, erians si in re te violenter: at si in vita sacramenti tutam, & certam sententiam de corum valore relinquis, & probabili tantum verec, periculo te exponi irriterem efficiunt sacramentum: quia irritacionem ex probabili opinione non poteris evitare, sicut potes evitare malitiam. Et confirmo. Si debet centum auctos solutes creditori in moneta dubia, nullo modo satisfacis: quia debito certo non potest fieri tanta solutione dubia: at constitutus minister sacramentorum debet Ecclesie illa integrè ministrare, cum ad hunc finem ab Ecclesia sit constitutus. Ergo non satisfacis, si sub opinione minitries, cum posse certi ministrari. Secundo, vsus Ecclesie prohibens ne formæ, & materia minus rita viatis in sacramento Baptismi, Confirmationis, & Bafaristæ, ex aliquo sive prohibet, non ex alio, nisi ex reverentia sacramentis debita. Ergo ex hac reverentia prouenit, ut nullus possit uti materia probabili, reliqua certa. Tertiò in rebus ad salutem animæ pertinentem, hoc ipso gravior quis peccat, quod certis incerta proponit, ut dixit Augustus, *de Baptismo, contra Donatistos, c. 3.* Sed qui virut maternæ, & forma sacramentorum probabili, reliqua certa, iam certo incertum praeponit. Ergo probat.

4 Doctores iupradicti dicunt intelligendum esse, neminem scilicet posse uti opinione probabili de valore sacramenti, reliqua sententia certa sine gravi necessitate: nam illi interuenientem licetum esse dicunt uti materia probabili, reliqua certa. Qua ratione licet Baptismum in digitu parvulo ministrare, quando timet parvulus ex vetero egredens mortuus. Item licet confirmationem ministrare ex oleo benedicto, non mixto balsamo, cum nullateas balsamas inuenient potest, & virget occasio. Item licet, & debuum est penitentem exhibentem signum contritionis, & iam mortuorum absoluere, eti nullum peccatum in specie manifestari. Item licet ministrare Baptismum sub nomine genitoris, geniti, & procedens ab verec, si ex prolatione formæ certa, Patris feliciter, Filii, & Spiritus sancti mortis ministro imminent. In quibus omnibus confessit Ioan. Sanchez *disp. 44. num. 12. fine. Et in princ. cum Anton. Petrus certum. 10. scholast. cap. 10. Et 13. Salas sed. 27. num. 28. 5. Suarez. de penit. disput. 26. sed. 6. fine.* Perculum enim irritandi sacramentum sufficiens honestatur ratione necessitatis.

5 Secunda sententia, & mihi probabili afferit in administratione sacramentorum per se licet uti, sicut in aliis materiae, opinione probabili, reliqua probabili, seu certa, nisi ab Ecclesia consuetudinem, vel speciale aliquod decretum prohibatum sit. Haec probat, & defendit lat. & studi Gabi. Valq. *1. 2. quies. 19. art. 62. cap. 2. Et 3. Salas ex eodem question. 21. trit. 8. disp. unica. sed. 10. num. 96.* sentit esse valde probabile, quamvis

quavis fed. 5. num. 9. & absolutè oppolitam sententiam videtur defendisse. Anton. Petrez laurea Salas. certam. 10. cap. 1. ¶ 13. Thomas Sanchez lib. 1. de matrim. dispt. 20. num. 4. & lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 33. Villalobos. tom. 1. summ. tract. 1. d. ffc. 13. numer. 1. ¶ 1. Sicut clavis regia lib. 1. cap. 7. numer. 4. Basil. de Leon. lib. 4. de matrim. cap. 25. numer. 9. Salomon. 2. quæst. 63. art. 4. concurv. 2. ad. 3. probabilem reputat. Sanchez us. 10. cap. 44. numer. 10. & alij ab eisdem relati. Mōtor p̄cipiēt ex ratione ad inconveniens desumpta: si eum non licet materia probabili in administratione sacramentorum vti, sed necessario adhibenda est omnia rūta, cum la fieri possit, grauans ministrantibus sacramentum imponetur. Primo enim in facimento penitentie non licet penitentem cum atritione cognita accedit, neque sacerdoti abolitionem impendere cum hac non sit omnino certa materia. Item si penitentem cognoscit se esse factum informem, neque vult illam reperire, non licet sacramentum ministrare, quia confessio secundum probabilem opinionem non est integrè formaliter, cum secundum probabilem opinionem est confessio informis repetenda. Similiter non licet simplici sacerdoti in articulo mortis presenti proprio sacerdoti abolitionem impendere, neque in facimento matrimonij possent coniuges contrahere presenti proprio patroco non sacerdoti, vel existente in aliena parochia: quia in iis casibus, & aliis multis adhibetur materia probabilis, relicta omnino certa, & secura.

6. Hoc argumentum, meo iudicio, convincit ex præcīsa ratione debita facimenti, licet quidem vti in coru administratione opinione probabili hoc est, materia, & forma probabili, reliqua certa, & secura: quia sic operans prudenter operatur, cum non exponat culpabili periculo irritandi sacramentum, sed viam moraliter certam teneat. Neque est fundamenum, vi cuius affitemus obligatos esse leuitem ministros matrem, & formam omnino certam apponere. At quia plurimi sunt casus, in quibus Ecclesia vel per confititūdinem, vel per speciale decretum mandauit vti materis, & formis certis, reliquo probabili, id est qui in huiusmodi clavis audieret materia probabili vti, reliqua certa grauiter contra religionem peccare. Quia ratione, eti probabile sic Baptismum valeat sub forma genitoris, & procedens ab utroque, at ex viu Ecclesia ministrandus est sub nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, neque est probabile stante hoc viu licitum esse reliquaque hanc formam, & aliis probabili vpi. Item esti probabile sic in Philosophia, aquam ex herbis extractam non differre specie ab clementaria: at non est probabile licet sub illa Baptismum ministrare. Similiter esti probabile sic in sacramento confirmationis balsamum non requirat probabile non esse apponendum. Item in sacramento Eucharistiae probabile est typhum, vulgo zenteno, specie non diffire a tritico, sed esse triticos degeneratum: at probabile non est posse in illo conferari. Quapropter in hac materia, certa regula præscribi non potest sed per singula sacramenta examinandum est, quia sine ab Ecclesia ratione confititūdinis, vel specialis praepcepti prohibita: quia non.

7. Ex his inferto aduersus Anton. Petrez, & Salas sett. 10. ¶ 96, nullo modo licet sacerdoti ministrare adulto Baptismum, sub nomine genitoris, geniti, & procedens, ab utroque, quantumcumque ipse consentiat, quia vñus illius formæ non solù ex charitate debita proximo debitus est, sed ex præcepto Ecclesie ob publicationem fiduci, & notitiam claram ipsius. Cum enim Baptismus ianuæ sit Ecclesiæ, oportebat in illo notitiam Trinitatis exprimere clarioribus verbis. Similiter etiam inferto aduersus eundem Doctorem, grauiter peccatum faciendum confititūdinem calicem, & limitantem intentionem ad folia illa verba. Hic est calix sanguinis mei, reliquis verbo tenus prolati: quia oblati vñi communii Ecclesiæ nomine Christi illa dicuntur, & intenduntur omnibus illis confititūdinem fieri, quia forte omnia illa necessaria sunt.

8. Nostram sententiam limitat Valsquez, Villalob. Anton. Petrez, & vierque Sanchez suprad., vt intelligatur, quando pars probabili contraria non sit charitati, & misericordie proximi. Dicunt namque te vni non posse materia, & forma probabili in administratione sacramentorum, si inde aliquod damnum suscipientem sacramentum imminet. Nam si certum, & secundum secundum posset sine difficultate indigeni ministrare, quo titulo debet dubium, & incertum adhibere, illumque sacramento forte necessario ad salutem frustare ob secundam tuam opinionem: Fatoe dictum esse legitimum, at limitatio necessaria non est, nullus enim mihi se offert casus, in quo ob charitatem proximi teneatis vti sententia omnino certa, & si ne periculo irritandi sacramentum, cum alijs posset illa vni, quod optime notavit Montelinos 1.2. dispt. 29. q. 1. num. 23. Nam quod dicit Ioann. Sanchez. dispt. 44. a. num. 13. §. Fatoe in genere, mihi nallo modo probatur, affirmat namque ministrum peccatum mortaliter, non solù contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, quod seunque habens iurisdictionem sub opinione pri babilii sacramentum ministrat, quin suscipientem moneat de incertitudine sacramenti, vti possit alium ministrum habentem iurisdictionem certam adire: quia videtur esse con-

tra charitatem suscipientis ministrare sacramentum dubium, cum possit habere certum. Ex qua doctrina infert innumeros casus, in quibus minister peccatus est, si suscipientes sacramentum non moneat de incertitudine, quales sunt, si paucus assit matrimonio contractantium in aliena parochia, vel noui sacerdos: vel matrimonium per metum reuerentiale contractum absque ministris. Item si obtenta approbatione ab alio ordinario, quam loci, in quo ministratur penitentia, aufulentes confessiones; si presente proprio sacerdote simplex sacerdos moriturum absoluat. In iis omnibus casibus, & aliis similibus ab ipso relatis affluit ministrum peccatum & conta charitatem & conta iustitiam. Solum excipit in facimento penitentie se posse excusare ministrum, iurisdictione probabili videntem, si suscipiens sacramentum confiteatur aliqua veniala simili cum mortalibus, cum enim circa venialia sit certum, & non sub opinione quilibet sacerdotem iurisdictionem habere, efficiunt absoluente de peccatis venialibus, & gratiam conferente, consequenter peccata mortalia remisurum, ac proinde nullum emolumen suscipiens amittit ex facta confessione, quod ex alio quilibet sacerdote obtineat posset.

9. Hanc igitur doctrinam nullo modo probandum censos, destruit enim opinione communem assertorem in omnibus illis casibus posse sacramentum non solum validè, sed licet ministrum, neque vñlus Doctor, qui talen sententiam docet, exigit: minister, vti certios suscipientes faceret de incertitudine opinions, & periculo irritandi sacramentum. Quia quando ad eum probabili opinioni abholiendi a restatur, à censuris, a fistore di matrimonio, nullo morali periculo se exponit minister irritum efficiendi sacramentum. Quia licet ex privilegio iurisdictionem non habet, habet tamen ex ratio confititūdine Ecclesia, & ratificatione de presenti supplete iurisdictionem, ne totus irritus sit: ita docuit Suarez 4. tom. in 3. part. dispt. 26. sect. 6. 7. & seqq. Less. lib. 2. de iust. c. 9. dub. 8. n. 68. Villal. 1. tom. sum. tr. 1. d. ffc. 13. n. 5. fine. Henr. lib. 5. de panit. c. 14. n. 3. & 4. in comment. litt. G. Thom. Sanchez. lib. 3. de matrim. dispt. 22. n. 6. & in sum. lib. 1. d. ffc. 13. n. 3. Basil. de Leon. lib. 3. de matr. c. 19. n. 8. & cap. v. n. 7. & id. de Sacram. dispt. 8. dub. 3. conclus. n. 22. & dub. 6. n. 47. Bonac. de Sacram. dispt. 5. q. 7. §. 4. n. 4. Filiculus. tom. 1. tract. 7. cap. 9. n. 227. Omnes enim ij. & alij affirmant, operantes ex opinione probabili se habere iurisdictionem, illam habere certissimam, sicuti haberet qui ex errore vulgi, & tunc præsumpto operaretur, ac proinde nullo periculo morali irritandi sacramentum exponi. Neque vñlus ex iis Doctribus a ministro requisitus, ut moneret penitentem de incertitudine opinions: quia ipsi ministro non debet aliud onus imponi in administratione sacramenti, quām ut minister omni certitudine quia potest; qui autem solum iurisdictionem probabilem habet, solum ex illa potest sacramentum ministrare, ut quid ergo aliud onus est illi expostulandum: ipse enim su cipas sibi imputat, si sacramentum valide non recipiat, cum possit querere minister certam omnino iurisdictionem habentem, & accedat ad dubium. Quid si dicatur suscipientem ignarum esse talis incertitudinis, ac proinde a ministro monendum; ne scio qua ratione minister tale onus imponit magis, quam cuilibet alteri fidelis, cum ipse minister non cogit suscipientem ad le accedere, & accedens minister sacramentum omni certitudine quia potest. Præterea lege charitatis, & præcepto correctionis non tenetur ab intellectibus hominum ignorantias depellere, que non obstante medio necessario ad salutem: at qui monitus a Confessorio de incertitudine opinions non tenetur alium ministrum certiore adire. Ergo illa ignorantia incertitudinis non est de aliquo medio necessario ad salutem, ac proinde nullus tenuerit ex charitate illum ducere. Denique aduersus Ioann. Sanchez. vrgere possumus: quia illa via asecurandi sacramentum penitentia, si suscipiens confiteatur venialia non est omnino certa. Nam etio quilibet sacerdos habeat circa venialia iurisdictionem (quod in sententia Salas 1.2. tract. 8. dispt. vni. ffc. 10. num. 101. & ffc. 27. n. 286. non est omnino certum) adhuc non est certum fieri sacramentum, quia sapè dolor de peccatis à penitente adductus venialibus non obstat: quia non ita purus, & perfectus. Ergo in tali casu monendum est penitentem, & cum hic casus semper contingat semper debet esse monendum penitentem. Præterea cum Confessarius ante factam confessionem nesciat quae peccata sibi dicenda sunt, & an veniale aliquod, cuius dolorem habet penitentem manifestatur, tenuerit sane semper penitentem monere de incertitudine sacramenti: quod quidem est graue onus ministeris sacramentorum imponere, contra receptam, & communem sententiam.

10. Ad argumentum pro prima sententia adducta respondeo.

Ad primum operantem ex opinione probabili de valore sacramenti non se exponere morali periculo irritandi illud, ac proinde sacramentum non offendit, neque Deum, qui solum perit, ut minister inculpabiliter procedat: proredit namque quando ex probabili opinione operatur, aliud Ecclesia non præcipit. Ad confirmationem respondeo, ministrum obligatum non esse operari absque vñlo periculo irritandi sacramentum, sed obligatum esse operari absque periculo morali irritacionis:

irritationis: qui autem cum probabili opinione operatur nulli se peticulo mortali exponit, ac proinde integrè debito facit.

Ad secundum respondeo, Ecclesiam in aliquibus casibus prohibet uti materia, & forma probabili, relata certa, non tam ob reverentiam sacramenti, quam ob altos fines, tum religionis, tum necessitatis fidelium. Et dato quod in aliquibus ob speciem solùm reverentiam sacramenti sit ita mandatum; non inde mandatum ad omnes casus debet extendi absque manifesta ratione. Ad tertium dico, D. August. loqui in causa necessitatis gravi, tunc in communiter contingentibus. Secundo dico, qui opinionem probabilem certa præponit non incertum, sed certam moraliter certo p̄cipiat.

P V N E T V M VI.

An subditus contra propriam opinionem possit, & debeat superiori p̄cipi obediens.

- 1 Quid sit certum, quid sub controvērsia.
- 2 Licitum tibi est obediens sequendo opinionem probabilem superioris.
- 3 Debet indicare opinionem superioris probabilem esse.
- 4 Communis sententia docet te obligatum esse obediens superiori præcipienti, nam et ius imperat rem, quam probabilitas, seu probabilitus existimus illicitem est, vel esse extra eius iurisdictionem.
- 5 Contrarium videtur satis esse probabile.
- 6 Satisfundam n. 4. additudo.
- 7 Si sub opinione probabili sit superiorum non esse legiūmum, adhuc affirmat Sanchez, ut esse obligatum in supradicto casu obediens.
- 8 Probabilitus est oppositum.

Non est controvērsia, quando daretur opinio probabilis ex parte subdit, quod non teneatis obediens, etiam illi contraria sit probabilitas: tunc enim licitum est ex supradicti amplecti, qua sibi gratior fuerit, & ita norauit in p̄senti Thom. Sanchez, l. 6. in Decalog. cap. 3. num. 7. Sayrus claus regia lib. 1. cap. 12. n. 6. Tortes de inst. disp. 50. dub. 5. q. 9. Ioan Sanchez, disp. 33. num. 28. Petri de Nauarra l. 3. de refut. p. 3. dub. 13. n. 239. fin. Neque obstat superiorum tunc iustitia præcipere, ut tu tencaris obediens, quia non undeque iuste præcipit, sed probabilitas, & proinde tu probabilitas solum obligatus eris obediens, & probabilitas deobligatus. Ex ignorantia enim, & diuitiis opinionum hanc diuitias in operando oritur, ratione cuius datur bellum iustum ex vita parte. Controvērsia ergo solum est, an quando existimus probabilitas rem tibi imperatam illicitem est, positis, & tenetis obediens?

2 Negat te posse in supradicto casu obediens. Adrian. quod l. 2. p. 23. quia ageres contra propriam conscientiam.

Sed haec sententia metit ab omnibus reicitur. Si enim, ut supradictum est, relata propria opinione probabilitas licet tibi amplecti alioquin opinionem probabilitas, non poteris opinionem probabilem superiori amplecti. Et ita tenet Cordub. q. 13. q. 9. 96. Anton. Perez certam. 10. scholast. n. 115. Valq. disp. 62. cap. 6. Azor. lib. 2. c. 1. quaf. 9. & c. 19. q. 6. Thom. Sanchez lib. 6. in Decal. 3. n. 6. Sa's 1. 2. traſt. 8. disp. unio. foci. 8. n. 76. & constat manifeste ex August. relato in c. quid culpatur. 23. quaf. 1. ibi. Vir iustus si forte sub rege homo eiā facile regi, militis, & deponit illo iubente bellare, si quod sibi iubetur, vel nō esse contra Dei præceptum certum est, vel non vtrum sit, certum non est. Ecce qua ratione dicit August. posse subditum superiori obediens, quoties illi credo non constat esse contra Dei præceptum. Idemque probari posset argum. c. si virgo. 34. q. 2. ibi: Si virgo nupler nisi viro alieno si semper nescia, nunquam ex hoc adultera erit, si autem sciat, ex tunc adultera esse incipit. Ergo scientia de nullitate iuri alterius requiritur, ut non possit illi conformare.

3 Debet tamen, ut possit contra propriam opinionem operari, efformare iudicium practicum de probabilitate opinionis superioris: quia necessariò debet iudicare factum probabilitas, tibi esse licitum hic, & non obediens; alias contra propriam conscientiam regularem actiones procedere: & ita docuit Valq. disp. 62. c. 6. n. 32. & 33. & Azor. lib. 2. c. 17. quaf. 9. Hoc autem iudicium existimat supradicti Doctores non debere subditum desumere, ex eo quod superior sit, & præcipiat: neque enim dignitas præcipientis facit probabilem opinionem eius quod præcipit, quia aut subditus sit ab aliis Doctoribus illud ut probabile habeti, vel superiori doctum, & prudentem esse, qui nisi probabilitas ductus rem ilam non præcipiet: quod semper extimandum est, quotiescumque de iniustitia præcipi non constat consentit Villalobos 1. tom. sum. tract. 2. diff. 11. n. 3. neque dissentit Thom. Sanchez supra n. 6. etiā videtur contrarius.

4 Maior difficultas est, an teneatis obediens, cum tibi superior imperat rem, quam probabilitas, sive probabilitus existi-

tas esse illicitem, vel esse ex his, quae sunt extra eius iurisdictionem? Communis sententia est te obligatum esse obediens: ita Valquez 1. 2. disp. 62. c. 6. cum Corduba l. 3. q. 9. initio. Salas traſt. 8. disp. unio. sect. 8. n. 76. Sylvestr. verb. conscientia. q. 3. Sayrus l. 1. in claus regia. cap. 12. à n. 2. Anton. Perez certam. o. scholast. n. 115. Thom. Sanchez lib. 6. in Decal. 3. n. 6. Villalobos 1. 1. sum. tract. 1. diff. 11. n. 3. Azor. tom. 1. lib. 2. infit. c. 17. quaf. 9. &

Hanc sententiam probant Doctores communiter. Primum, in supradicto casu potes obediens. Ergo teneris: quia subditus tenetur patre, quoties abque peccato id facere potest. Et confirmo. Superior habet ius præcipendi cum factum ex probabilitate moueat. Ergo teneris ei obediens; alias non leuis esset confusio inter superiorum, & subditum, nullaque communitas gubernari posset, si ob probabilitate opinionem subditus excludandus esset ab obediencia, tenetque superiores nunquam præcipite, nisi euidenti iustitia ducti, eaque inferioribus manifestata: quod videatur esse contra Aug. in cap. quid culpatur. 23. q. 1. Hic tamen rationes efficaces non sunt: neque enim militant in casu quo subditus probabilitas opinatur non esse obligatum obediens, tunc, inquam, & superior præcipere potest, & ramen ipse non tenetur patre neque obinde confusio adueniri communiciari, cum quilibet iure proprio statu, & casus non sibi ita frequenter: non enim ita frequenter contingit probabile esse, rem imperatam illicitem esse, vel excedentem superiori iurisdictionem, vt possit subditus ab obediencia exculari. Ratio efficax huius sententiae ea est. Superior eo ipso, quo superior est, ius imperandi habet non solum quae clare sicut licita, & honesta; sed ea quae sub opinione honesta sunt. Quid constat ex supradicto e. quid culpatur, vbi August. solim expostulat ut possit (superior præcipere), & possit subditus obediens, quod certum non sit rem imperatam esse contra Dei præceptum. Ergo si certum est superiorum in tali casu habere ius imperandi, etiam debet esse certum, obligandum esse subditum, cum haec correlativa sint. Et confirmo. Et si probabile sit coniugi matrimoniata bona fide contrarium iniquum esse, non tamen videatur probabile de obligatum esse reddere debitum patenti, alias hinc spoliare possidentem iure acquistum ob probabilem opinionem. Ita vide dicendum in praesenti. Et si probabile sit rem imperatam illicitem esse, vel excedentem limites rerum, quas superior imperat potest. At si non videatur probabile te posse non obediens, si imperet, sicut si probabile tibi esset rem à me possit esse tuum, non ramen ex haec probabilitate me poteris illa spoliare.

5 Verum est haec communis sententia in praxi semper confundenda sit, audeo tamen affirmare, valde probabile esse te obligatum non esse superiori præcipenti obediens, quando opinionem habes probabilem illicitem rem esse imperatam, vel excedentem eius iurisdictionem. Major primum licitum subditum est non patere superiori præcipienti, quando est opinio probabilitas, non esse licitum quod imperat, vel esse extra eius iurisdictionem, est opinio probabilitas non esse obligatum patere. Ergo Probo minorem: quia probabilitas opinionis de obligantis subditum obediens, in nullo alio capite efficaciori fundati potest, quam in eo, quod probabile sit rem imperatam illicitem esse vel extra superioris iurisdictionem. Et confirmo: ideo quando est probabilitas opinio non tenet subditum obediens, deobligatur subditus ab obediencia in sententia Thom. Sanchez, quia possit superioris in illa materia vocatur in dubium, sed similiter vocatur in dubium potestis superioris, cum probabilitas est opinio illicitem præcipite, aut eius iurisdictionem excedens. Ergo Secundum, nunquam superior fuit in possessione imperandi illicitem, aut excedens eius iurisdictionem, ut ex ipsius terminis confar. Sed est probabile hoc esse illicitem, vel excedens eius iurisdictionem. Ergo est probabile non habere superiorum ius præcipendi. Ergo est probabile non teneri subditum obediens. Tertiò, non potest superior stricte obligare subditos suo præcepto, quam Christus Dominus, & Ecclesia obligat suis præceptis, sed quoties aliquis iudicat probabilitas sub materia præcepta rem aliquam non continet, illa non obligatur: hac enim ratione non teneat quis fati peccatum, quod probabilitas, ratione credit non esse mortale, vel est iam confessum, ut multis allegatis docuit Thomas Sanchez l. 1. in Decalog. cap. 10. num. 76. quia licet præceptum de confessione integrè facienda possidat, ab illo tamen excusat sequendo opinionem probabilem: quia in tali casu probabilitas existimat non possidere. Ergo licet superior ius habere præcipendi, quia tamen non habet ius certum præcipendi. quod est probabilitas illicitem, sed solum habet ius probabile, ideo subditus probabilitas deobligatur.

6 Ex iis patet solutio rationis adducta pro communi sententia. Dicimus namque superiorum habere ius præcipendi quod est licitum credi & indubitabiliter: quod vero sub opinioni tantum licitum est, etiam sub opione ius habet. Quapropter D. Augustinus in cap. quid culpatur, nunquam dixit tenet subditum Regi præcipientia obediens, quoties certum

sibi non est esse contra Dei praeceptum: sed posse obedire: tamen infra iusta contingere possit casum, in quo etiā possit obedire, non tenetur. Exemplum de spolio non obstat: quia possesso rei, & proprietas illius distinguitur: statim optimè aliquem habere ius proprietas aliquare, care tamen illius possessione: & econtra: ac proinde potest aliquis probabilitate opinari rem ad se pertinere, non tamen probabilitate opinari habere illius possessionem, aut alium à possessione decubatur: quia sunt omnino distincta. At in praesenti idem omnino est dubitare, seu probabilitate opinari rem imperatam esse illicitam, vel excedentem superioris iurisdictionem, ac opinari non habere potestatem circa illam. Eodem modo satisfacere possemus exemplo de matrimonio: aliud enim est opinari matrimonium iniquum, aliud cuius est opinari alterum coniugem corpus tuum non possidere: possesso enim videatur certa, etiā proprietas sive ius opinione: & ratione possessionis certa alterius teneris reddere debitum potest, quantunque opacis matrimonium non esse, ut multis allegatis probat Thomas Sanchez lib. 2. de matrimonio, disp. 44. num. 3. & nos ibi dicemus. Secundū & clarissim reponere possemus adhuc coniugem probabilitate opinantem de valore matrimonij, non teneri redditum debitum potest, etiā possit: quia videtur idem esse opinari de valore matrimonij, ac opinari de legitima possessione alterius, cum nullas possit possidere coniugem alienum sed proprium; ac proinde si aliqui coniugi probabile est non est coniugem alterius, probabile est alterum non legitimè possidere, & consequenter reddere non teneri: id est in cap. inquisitione, de sententiā excommunicati, notariorum omis- sum est hunc coniugem probabilitate opinantem teneri reddere; solum enim dicimus debitum reddere posse, sed possidere non debet. Eficaciter ergo ex omnibus iis satis probabile subditum probabilitate opinantem mandatum superioris esse illicitum, vel excedens eius iurisdictionem, non est obligatum exequi, & tam absolutè defendit Ioan. Sanchez in fe-
l. disp. 3. à numer. 22. & Ledenia tractat. de los estados, vbi de religione in comun. cap. 4. conseruit en parte Suarez, tom. in 3. part. disp. 4. scilicet 6. numer. 9. in fine, vbi dicit teneri subditum obedere Praetato, quando sequuntur rationes probabiles pro vtaque parte. At si manifeste probabilitas est non esse licitum mandatum, vel extra eius iurisdictionem, valde probabile esse subditos excusatis: & clarissim id docet lib. 6. de legi, cap. 8. num. 3. & 6. vbi probat licitum esse ut episcopio, hoc est, interpretatione, seu emendatione legis ex probabilitate iudicio, quocies superiori conuenienti non potest: imo etiam conuenient posset, refert idem Suarez, n. 4. plures mon-
strant altere necessarium non esse recusatum ad superioris, si dubium sit de potestate eius, non de voluntate: quia tunc non debet interpretatio fieri ex voluntate superioris, & in calo quo dubium sit, contrariari eius praeceptum alteri legi superi-
ori, conuenient non esse necessarium obedire. Henriquez lib. 12. de matrim. cap. 6. n. 7. fauere videtur; quatenus dicit coniugem debet reddere debitum potest, dum non est certus per con-
sensum opinantium probabilitate matrimonium non esse: à fortiori idem diceret de subditis respectu Praetato, & clarissim lib. 14. de irregular. cap. 3. num. 3. com. lxx. X. vbi dicit in du-
bio esse locum episcopio. Idem tenet Corduba lib. 3. qq. qu. 13. ante regul. fel. 205. syllect. verb. Papa quæst. 16. disp. 2. &
conseruit Thom. Sanchez lib. 1. de matrim. disp. 41. num. 37. vbi dicit, cum apparet. Doctores dicunt eis locum episcopie
in dubio, intelligendi sunt, non de dubio aequilibrio, sed de for-
midine, quando faciliter est probabile iudicium, licet cum for-
midine opposita. Sicut ergo ex probabili iudicio vti possit sub-
ditus episcopio, ac proinde non teneri obedit. Sayrus lib. 1. in claus regia, cap. 13. num. 41. dicit, quando est dubium proba-
bile, an licitum sit, quod superior præcipit, non semper esse illi obediendum. Ergo iam admittit casum, in quo ex probabili iudicio de iniquitate rei præcepta excusat subditus ab obe-
dientia. Eandem sententiam à fortiori defendet tenetur omni illi, qui affirmatur in calo dubio an sit licitum, vel illicitum,
vel excedens superioris iurisdictionem, non teneri subditum
exequi, quos disput. seq. referemus.

7 Sed inquires quid dicendum sit, quando opinio non tam ostitur ex re præcepta, quam ex potestate superioris, ut si opinio superioris non esse legitimum, quia non est legitimè ejus, an tunc sit certum te non teneri obedit?

Thomas Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 3. num. 29. etiam in hoc casu affinitate etiā obligatum obedit, & meo iudicio, procedit consequenter: cum enim tua opinio, & dubitatio impediunt possessionem superioris non possit, sed illa opinione, & dubitatione non obstante illa est reputata superior, acquis illius ius imperat (potest), ac proinde etiā opinio non esse superioris, non potest opinari tibi imperare non posse, cum hec potestas à tua opinione non dependeat, sed omnino certa, & indubitate sit, quocies non constat de nullitate.

8 Verum in huncmodi casu mihi probabilius appetat te obligatum non esse obedit: quia tunc non est possesso certa superioris, cum de eius possessione probabilitate dubitetur.

Tua ergo opinio etiā non impedit possessionem superioris, & quod superior non tibi possit imperare: at redditum possessionem illius dubiam, & incertam, hoc est, solum probabilem, & consequenter ius imperandi probabile tantum. Hoc autem iure imperandi probabilitate non potest superioriē spoliare: at ex illo non sequitur te obligatum esse obedit absoluere; sed solum obligatum esse probabilitate obedit, & consequenter posse probabilitate non obedit; & ita in huncmodi casu defendant, etiā non satis consequenter te non esse obligatum obedit. Vsq. disp. 62. c. 6. fine, cum Gaftron. tom. 3. tract. de vita spirituali, lxx. 4. corol. 10. alphab. 6. litt. N. Salas 1. 2. tract. 8. disp. unio. scilicet 8. num. 78. Sayrus in claus regia, lib. 1. cap. 12. Lefluis lib. 2. de infit. cap. 42. dub. 9. n. 77 fine. Lorca 1. 2. tom. 1. disp. 26. 8. aduerte præterea. Ioaan. Sanchez, disp. 33. n. 32.

P V N C T Y M VII.

An Rex in bello inferendo moueri possit ex opinione probabili, dicente sibi illud regnum pertinere.

- 1 Si habet Rex opinionem probabilem, sibi licere urbem ab alio possessam occupare, poterit bellum pro illius occupatione mouere.
- 2 Si probabilitas sit ex parte facti, aut irris, nequit possessoria possessione ante datam sententiam deturari.
- 3 Proponitur quadam obiectio.
- 4 Apud quem est mouenda lis, & controversia definita. Examinantur varia Doctorum placita.
- 5 Non approbantur.
- 6 In hac controversia regnum esse dividendum aliqui affirmant. Sed eorum dictum non probatur.
- 7 Refutantur controversia, definitam esse item iudicibus regni presenti, quando non est controversia inter supremos Principes.
- 8 Explicatur amplius doctrina.
- 9 Idem dicendum, quando est inter supremos Principes.
- 10 In supradicto casu probabile est regnum manere liberum, & posse se modo reipublica exercepta gubernare.
- 11 Applicato regno à iudicibus designatis, potest cui est applicatum, illud intrare, & bellum mouere, si impediat. Excepte nisi sententia illa haberet appellationem, vel supplicationem, ut videtur admittendum.
- 12 Quod est ius probabile, & litigiosum, neque armis defendendum.
- 13 Quando alicui competit regnum certum, & alius est in possessione, monendum primo est, & rationes allegandas, antequam bellum inferatur.

1 **S**i atento iure est probabilitas opinio litera Regi vibem Sab alio Rege possessam occupare, nemini est potest dubium posse iure intentare possessionem, esti ab alio possidente impeditur, bello vindicatur: ita Ioaan. Sanchez disp. 44. num. 58. Et consenserit tenetur omnes illi, qui affirmant licitum esse opinionem probabilem sequi. Neque obstat alium iustè possidere, qui non iuste possidet absolute, sed solum probabilitate, ac proinde decubatur potest à possessione: quia spoliator probabilitate existimat alium nos habere ius possendi.

2 Verum si probabilitas sit ex parte facti; seu iuri, quia scilicet ex scripturis, vel testibus, vel aia colligit sibi vibem competere, si potest facilius diligenter res est solum probabile & alter est in possessione, nullo modo potest illum à possessione deturbare: ita Francic. Vict. de iure belli, reletz, de Indis, & n. 227. Vsq. 1. 2. disp. 64. cap. 3. n. 1. Salas tract. 8. disp. unic. scilicet 8. n. 128. Molin. tom. 1. tract. 2. disp. 103. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 17. n. 7. Ioaan. Sanchez pluribus relatis supra n. 58. Ratio est, quia alius iustè possidet, & ratione possessionis efficacius ius habet in vibem, quam alius, qui possessione careret. Item in pari causa, seu dubiis, melior est conditio possidentis, & pro illo direntur sententia. Injustum ergo est à possessione deturbare.

3 Dices, Princeps ille supremus, qui ius solum probabilitas habet in vibem ab alio possessam, debet ius illud omittere: non enim debet esse inferioris conditione, quolibet particulari. Si ergo quilibet particularis cum ius habet probabile ad maioratum ab alio possessum, potest item mouere aduersus possidentem, ut causa applicetur maioratus habenti efficacius ius, etiam potest hic Princeps supremus ius probabile habens in vibem ab alio possessam, item mouere aduersus possidentem à possessione expellere; quod si resistat, armis vindicare.

4 Respondeo posse item mouere. At difficultas est apud quem sit mouenda lis, & controversia definita? Nam quod aliqui dicunt quilibet supremum Principem ius habere pronunciandi sententiam, & sententia in sui favorem prouincia

nuntiata, & adiudicato sibi regno posse regnum occupare, & armis, si opus est propugnare, mihi nullo modo probatur, si de sententia proprie dicta, ferme ita. Primo, quia ipse supremus Princeps superior non est alio iurisperito de regno concidentem. Ergo non potest index esse illius, illumque sua sententia ligare. Secundo, alius contendens non tenetur apud hunc rationes sue iustitiae allegare, quomodo ergo contra inuiditam partem potest iustitia ferre sententiam; & ita tenet Valquez, illo cap. 3. num. 12. & Salas num. 123 reputantque contrarium improbabile. Quapropter alij dicunt supremum Princeps de regno cum alio tertio contendentes, sed non possit aduersus illum sententiam ferre, potest ita tamen iustitiae sui regni consulere. Quod si ipsi dicant efficacius ius habere ad regnum virtute huius maioris probabilitatis posse regnum possidere, & si impeditur a possessione, armis iuriarii vindicare, ita tenet Victoria supra, etiam quando alius est in legitima possessione, & Suarez de chari. dispu. 13. de bello, sect. 6. numer. 2. Villalobos tom. 1. summa. trah. 1. diff. 17. num. 7. & 8. Ratio esse potest, quia index pro illo, qui ius efficacius habet, debet iuramentum ferre, est enim sententia actus iustitiae distributio, in qua dignior est preferendum. Est autem dignior, cui probabilitas ius fuerit. Ergo pro illo erat sententia ferenda. Loco autem sententie ferenda in supremis Principibus succedit declaratio maioris iuris, & probabilitatis. Ergo facta haec declaratione quasi per sententiam, sibi est regnum adjudicatum. Potest ergo tunc illud tentare possidendum, & impediendum armis oppugnare. Item facta haec declaratione iura non sunt paria, ut melior sit conditio possidentis.

5. Verum hic modus dicendi (etsi probabilis) mihi non satisfacit. Negati enim non potest alteri Principi suos etiam Consiliarios dicturos efficacius ius habere in regnum, praecipue cum illi fuerit possessor. Quod ergo consilium ex his est executioni mandandum? Nulla ratio est, quare magis vnum, quam aliud; utrumque autem mandari executioni non potest, neque ratio naturalis dictare potest, vt mandetur executioni consilium illius, qui potentius futilitas ius regnandi ex armis metierund est: quod barbarum est, & contra naturam rationalem, illeque si certetur efficacius ius habere, qui potentior armis est.

6. Propter haec dicit Barnes 2. 2. & quies 40. art. 1. dub. 4. dub. 5. concil. 3 & Eman. Rodriguez in summa. cap. 124. n. 3. conclus. 2. Villalobos tom. 1. trah. 1. diff. 17. numer. 4. pro qualitate dubi regnum dividendum esse, & vnum principi alteri recompensationem facere debet, quod si diuisione, seu recompensatione non contentiat alius, opugnari posse. Sed neque haec mihi probatur. Nam, ut benebat Molin, tom. 1. de inst. trah. 2. dispu. 103. §. mihi vero Salas supra numero 130. quia est in possessione legitima, nunquam cogitur rem cum alio dividere, aut recompensationem facere, neque index qui non est arbitrius ad hanc diuisiōnē, seu recompensationem, solet litigantes cogere: non est ergo condensus, qui regnum possidet. Et licet iuste possidens cogaeat aduersarijum efficacius ius ad regnum habere (quod difficile est, & raro contingit), si tamen ei certum non est facta diligentia requita, & semota omni passione: adhuc existimo probabilium obligatum non esse regnum dividere (etsi contra affirmat Molin, §. illud libenter), quia ratione possessionis vincit quodlibet ius alterius probabile, neque tenetur se a regno, vel parte illius solitare, quoque sententia adueniat, quae ut lites ventur, & pax constituer, solet vni potius, quam alteri tem applicare: etsi eterque feret aquale ius habeat. Item estet non leuis controvicia in assignanda parte, quae tradenda esset contrario. Addit regnum dividere contra consilium ipsius regni, grata malum, & perniciem regno esset: non est ergo admittendum. Quae ratio etiam probat, neque ante ullius possessionem esse regnum dividendum, sicut nec maioriatus dividitur, cum duo super illo contendunt. Est ergo controvicia alio modo desiderienda.

7. Dicendum igitur est: si litigantes super aliquo regno, patres sunt ipsius regni, illique subdit, tenetur iurisdictio regnifacere: quia ipsum regnum index est talis controvicia, sic Villalobos supra numer. 19. Molin, §. quando autem, Villalobos supra num. 7. circa finem. Si vero vnu sit supremus Princeps, & alius qui forte possidet, pars regni prateniti, existimat Valquez supra & Perez numer. 105. circa finem, item decidendam esse ab ipso regno, hoc est ab ipsis, qui mortuo Rege ex electione, cipiatur habent ius gubernandi. Nam cum illa controvicia definitur debet legibus ipsius regni, & legum illarum nullus videatur legitimus intercessus praeferre regnum ipsum, ab ipso regno debet definiti. Neque oblat sibi supremum Princeps nemini subiectum, nam illa causa regno subiici debet: sicut subiectus Galius legibus, & iudicibus Hispania, cum contra Hispanos de aliqua hereditate Hispana contendit. Huic modo dicendum non requiecit Molin, §. adverte, neque Suarez de chari. dispu. 1. de bello, sect. 6. numer. 6. quia sepe Princeps supremus suscepit habet judices externos, neque tenetur statu iudicio eorum, quos ipse non constituit ad iudicandum

Affirmat ergo Molin, non esse definitam rem iudicio regni, sed tractandam esse, ac si inter duos principes supemos, vel duas republicas exemplas agitaretur; quia ille Princeps supremus non videtur teneri se subiecte sententiae iure a republica. Mihil tamen sententia Valquez magis probatur adhibita eius moderatione, scilicet quemlibet ex litigantibus posse iudices ordinarios regni reculare, si eos suspectos sibi esse prudenter existimat; neque enim ius quod quelibet persona particularis habet, negandum est nisi litigantibus: quod si in tali re cognitione & affirmatione aliorum iudicium non velit alius contentire, potest iniuriam sibi factam armis vindicare.

8. Ex his fortiori inferitur, si ius mouetur super aliquo comitatu lubido alicui regno, vel Regi, omnes litigantes, cujus sine Princeps supremi, teneri statu iudicio illius regni, vel Regis, sub eius ditione comitatus illius est positus. Nam cum controvicia haec definit, debet aliqua regula, & haec non possit esse alia, nisi leges ipsius comitatus, harum autem interpres est, ut possit esse alius magis legitimus, quam qui eas condidit, efficit laic iudicio illius standum est. Deinde occupans comitatum subdicit efficit illius regni, sub eius ditione est. Ergo debet Regi ostendere titulum suum, qui invenit occupandum eius terram, alias dum Regi non ostenditur, potest Rex illam a suo territorio expellere. Est ergo res desueta ab ipso Rege, & ita tradit. Valquez illa dispu. 6. n. 18.

9. Quod si controvicia sit inter Principes supremos, aut republicas superiores non agnoscentes, & nullus est in legitima possessione regni, & pro viraque parte sunt variae rationes, neque est evidens, cujus ius regnum adjudicandus: affirmat suar. sect. illa 6. n. 4. communio sententiam esse, vnumque habere ius ad primo occupandum, neque esse inconveniens fieri bellum iustum ex viraque parte, cujus interponatur ignoratio. Ratio adducitur, quia in tali casu possit iudex, cui vellet, regnum applicare. Ergo quilibet supremus Princeps sibi applicat. Verum hic modus dicendi a Suarez non probatur, nec mihi probandas venit. Nam etsi iudex ob seruandam pacem republicas possit vni ex litigantibus rem applicare, tamen efficacius ius non habeat, sed solum aequaliter, (quod non est certum). At quilibet Rex applicare sibi non potest, quia vnu applicatio non excludit alterius applicationem. Ergo ratio naturalis non potest vit: que tribueri ius integrum rem illi viadicandi Debent ergo Reges ij ab aliquo tertio expectare definitioem. Neque quilibet Rex ex consilio sapientum sibi regni moueri potest ad regnum occupandum, quidquid dicit Suarez n. 6, quia sequitur idem inconveniens, ac si quilibet Rex sibi lignum applicaret. Quocirca, ut supradicabam, definita est controvicia a iudicibus ipsius regni vacantis, vel si aliquis ex litigantibus eos suspectos habeat, & reculer, debent iudices arbitrii designari, quorum iudicio standum est, neque incertum bellum moueri potest, cum nullus alteri iuriarum faciat, quae debet bello viadicari: sic Valquez supra n. 18. Ioan. Sanch. dispu. 44. n. 56. Quod si durante huiusmodi dubio neque res decisa per sententiam arbitrii, aut per compositionem vnu tentaret regnum occupare, aliusque excludere, hoc ipso iniuriam alteri faceret, quam posset iuste repellere, & co tali iusti belli rem totam occupare: sic Suarez sect. 6. n. 4.

10. Aduento in huiusmodi casu probabile esse regnum manere liberum, & posse le modo republica excepta gubernare, aut Regem alium ex litigantibus eligeat: ita docuit Salas 1. 2. trah. 8. dispu. 10. sect. 13. n. 128. Ratio videtur efficiere, cum enira litigantes ius incurrunt habeant, videtur respiciatur sucedere, vnu caret certo successore: neque tenetur alteri illorum regnum adiudicare, cum non sit certum illi debet. Dividere autem regnum inter litigantes, & in grauem periculum re publica cedet, cuius dannum praefectum est quilibet specialis.

11. Causa igitur apud iudices regni vacantis, vel arbitrios agitata, & adiudicato regno vni ex litigantibus, potest ipse, pro quo sententia lata est, illud occupandum iactare, etsi censimur resistit, bellum alterius illum mouere: quia tunc ius est illi certum evidentia legali. An autem debeat expectare ultimam sententiam, variat Doctores. Perez certam. 10. scho. 1. n. 10. affirmat non esse obligatum expectare ultimam sententiam, etsi danda est, sed eo ipso, quod pro illo est data sententia aliqua, efficiunt ius firmius habere: quando autem certum est pro aliquo ius firmius esse, potest rem intrare possidendum, & tenetur in idem conferre Suarez dispu. 13. sect. 6. n. 2. Mihil tamen probabilis appetit, si sententia illa appellationem, seu applicationem admitteret, non posse virtute illius regnum intrare possidendum, alius ut quid expectanda est ultima sententia: Et appellatio executionem sententia non sufficeret, si non obstante supplicatione, vel appellatione armis exequitur.

12. Sed inquires quod ius censendum est probabile, & legitimum, neque armis defensendum?

Respondeo quando apud iurisprudentes probabile censetur, etsi negotium inter particulares agitaretur, nullus censetur contra iuritiam item mouere: ita tradit Valquez illo cap. fin. & Villalobos 1. 1. summa. trah. 1. diff. 17. n. 2. ult. fine.

13. Vnde

15. Ultimo pro hac materia dicendum est, quando aliqui certior est regum sibi competere, & alius in legione posse fuisse existit, monete debet possessorum, ut dimittat allegatis causis, & rationibus sui iuris: teneatur enim virare bellum in quantum potest. Quod si monitus noluerit acquiescere, poterit oppugnari. Nam in huiusmodi casu datur iusta ratio bellandi, quae est iniuriam imminentem propulare, vel factam vindicare: in tali casu possessor facit iniuriam, citio illam non cognoscet. Ergo habet supremus Princeps ius illam propulsandi, seu vindicandi, & cum nulla alia via id efficiere possit, nisi bellando, bellum illi concessum est: sic omnes Doctores, Valsq. Molin. Salas, Villalobos, Perez, Victoria, supra.

PVENTVM VIII.

Quam probabilitatem de iustitia belli debeat habere miles, ut possit, teneatque militare.

1. Vbi non constat de belli iniustitia, possent subditi milites obediere. Et qui iij sint.
2. Non tenetur inquirere de iustitia belli, si nulla eis dubitandi ratio sit proposita. Secus se grauis dubitandi ratio preparatur.
3. Milites non subditi pugnare non possunt, nisi eis de iustitia belli constet secundum communem sententiam.
4. Valde probabile est eodem modo hos milites bellare posse, ac subditos.

Sexto potest esse de militibus subditis Regi bellum inferenti, vel de militibus non subdatis. Si ferme sit de militibus subdatis, quoties illis non constat de belli iniustitia, possunt obediere: quia tunc presumere debet bellum esse iustum, estque expresa est August. in quid culparur, 23. quath. 1. & ita docent de hoc casu alii allegatis Valent. 2. 9. 40. art. 1. disp. 3. q. 15. p. 2. Valsq. 1. 2. 9. 19. disp. 66. c. vlt. Molin. om. 1. de iust. vniq. 2. d. p. 1. 3. concil. 3. Nauart. lib. 2. de restit. c. 3. in non. edit. 2. p. dub. 12. à n. 260. Thom. Sanch. lib. 6. in Decal. c. 3. n. 1. Salas 1. 2. tr. 8. disp. unio. 2. 6. p. 166. Villal. tom. 1. r. 1. diff. 12. Suarez de char. 1. 2. p. 13. de bello, scđ. 6. n. 8. Nomine subditorum, ut in bello possint pugnare, & teneantur ad superioris praecipuum, communiter intelliguntur milites alienigenae metende conducti, qui continuo stipendiis sub eodem principe degunt tam tempore belli, quam pacis: enim reputantur tanquam fama, qui iurius dominis tenentur parere cum de iniustitia non conflatim docent. Nauart. summe. 15. Caetan. in summ. verb. bellum, p. 11. & 2. 2. q. 69. art. 1 circa. 10. ad 4. dub. 2. Valen. suprà. vers. si autem mil. Salas n. 268. Th. Sanch. 2. 16. Molin. suprà. Villalobos tom. 1. summ. tract. 1. d. ff. 18. n. 2.

2. Major difficultas est, an iij subditi teneantur inquietare de iustitia belli, atque cum militent?

Respondeo cum Suar. suprà. scđ. 6. n. 9. si dubium sit negavimus hor est, si nulla specialis ratio de iniustitia illis reperiatur, possint: autoritate sui Princeps militare, in modo tenentur, si praecipio cogantur nulla facta inquisitione: quia bellum indicatum a Princeps supremo, præsumi debet iustum, ut tradit Macardus verb. bellum. n. 4. Menochus us de presump. lib. 6. pra. samp. 96. n. 7. Neque executor sententiae tenetur de eius iustitia inaequale: graueque onus impositum est subditi, si iustitiam tenentur examine, & fecerit illis effector impossibile veritatem afferre, cum raro conuicta rationes bellandi omnibus manifestentur. Verum si subditi dubium habent possumus, hoc est rationes probabiles pro virtute pace de iustitia belli, possunt se illis conformare: non tamen exstimo teneri, ob ea que suprà diximus, subditi obedire: quando probabilem opinionem habet iniustitia esse praecipuum. Quod si rationes ita sunt vrgens de iustitia belli, ut subditi neque illas sollete, tenetur tunc aliquo modo veritatem inquietare, ne se particulo morali iniusticie exponat, ita Suarez. suprà., & addit hoc omnis non esse facit subditi imponendum.

3. Verum si milites subditi non sunt, certum est non tenentur obediere. An autem possit causa non examinata, difficultas est.

Communi sententia docet non posse, nisi certi uide mo-
tus illi, constet bellum iustum esse, ita Thom. Sanch. suprà.
Molin. disp. 12. 4. in prim. sylvest. verb. bellum 1. o. 9. & Caetan.
ib. Ratio est, quia ex bello grauissima damna oriuntur. Ut au-
tem illa possint inferri debet in infirmitate moralis adesse, certi-
tudo de iustitia. Ij autem milites cum subditi non sint, non tam
executores, quam inferentes debent nominari. Item probari
potest ex reg. 1. 9. de reg. in. 6. ibi. Non est sine culpa qui rei,
qua ad eum non pertinet, si maneficer; tci, inquam, periculo, & que alieni damnum inferat.

4. Nihilominus valde probabile est eodem modo huius-
modi milites bellare posse, ac possunt subditi; neque aliquam
est inter illos differentiam, teneat expressè vicit. à n. 2. 4. Suar.
disp. 12. scđ. 6. n. 12. Valsq. illo c. 13. & inclinat Nauart. illo
dub. 12. Ratio est, quia cuique licet est alterum iuvare in
Ferd. de Castr. et Sum. Mor. Pars. I.

te, quæ presumitur iusta, præcipue cum non leue emolumentum inde accipiat. Cum igitur bellum presumitur iustum dum de iniustitia non constat, efficaciter posse quemlibet in illo iuvare. Et ex iis solvitur supradicta ratio. Fatoe enim ex bello grauissima damna oriuntur, id est in autore illius mortalem requiri certitudinem de iniustitia; at in iuvante sufficit, si probabile sit habe etiitudinem in autore esse. Debet autem esse probabile, quod est de iniustitia non constat: & Princeps vir Christianus, bonorum estimationis habetur.

Ad reg. 19. respondeo cuiilibet militi importare locare operas suas in bello, neque se immisceret rei pericula, moraliter, cum ex probabili opinione operetur. Quia omnia à fortiori procedunt in bello non prius aggressissimo, sed defensivo: in hoc enim claram est sufficiens militibus iustitiam aggrediatis incognitam esse: ut merito probabilitatis judicent adiuvare posse se defendentem: id est quod causé dicitur D. Ambrosius relatus in cap. denique. 1. 4. quæst. 5. si non potest (ubueniri alteri, nisi alter laudatur, commodus esse neutrum iuvare: non dicit non posse ei iuvare alterum, se commodius esse abstinere. Quod si in adiutorio per intercessionem, de quo ibi, consiliosus est abstinere à subuentione unius cum uelione alterius, à fortiori in adiutorio per bellum. In neutro tamen est obligatio.

PVENTVM IX.

Quam opinionem debeat sequi Medicus in me-
dicamentis adhibendis.

1. Tenetur Medicus medicinam certam, relicta probabili, & dubia adhibere insieme.
2. Quando nullum medicamentum est certum, tenetur Medicus probabile adhibere, & illo deficiente, applicare dubium.
3. Illicium est experientiam facere in infirmis, an sint me-
dicamenta salutaria, vel nociva.
4. Affirmant aliqui licet medicinam, de qua quædatur dubitatur, an profutura, vel noctura sit, applicare infirmo desperato.
5. Negantur intentione communior est, & probabilius.
6. Satisti fundam, n. 4. adducto.
7. Negant plures licet Medico vti medicina, quam minus probabiliter credit profuturam, relicta ea, quam probabilius credit.
8. Contrarium ut probabilius defendatur.
9. Potest Medicus agris consulere medicinam, quam alii doctio-
res salutiferam putant, et si ipse eis non assentiantur.
10. Afflentes infirmo peccant, si relicta remedium, à Medico
assignatis, uirunt iis, qua sibi videntur.

IN medicinis adhibendis alia reputantur certi allatæ sa-
luti, alia cùm probabili, alia sub dubio. Vi ergo certa ab incertis separarentur, primò certum est, apud omnes tenetur Medicus adhibere agroti, si potest medicinam certam, relicta probabili, & dubia: quia tenetur ratione sui offici, & charitatis agrotantis salutem propescere, & nullo modo cum periculo exponere, in rituque infirmis conquerentur de Medico potente secum medicamentum applicare, si applicet solum profuturum, Neque obstat quemlibet posse sequi opinio-
nem probabile, ut possit Medicus relicta medicamento cer-
to vti probabili: non enim est opinio probabilis de tali viu, eti-
si opinio probabili de uilitate medicamenti.

Secondo, quando nullum est medicamentum certum, tenetur Medicus probabile adhibere, & quando nullum est probabile, tenetur dubium, modò certum sit medicamentum minime nocturum: quia tunc nulli pericuio infirmum exponit, & ex alia parte potest illo remedio adhiberi ab infirmitate li-
berari. Ego est applicandum: ita Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 9. n. 42. cum Valent. 2. 2. disp. 3. q. 10. punct. 2. col. 665. vers. altero modo. Quando dubium aquæ est, an nocturum, vel profuturum si medicamentum, decimus statim.

Tertiò est certum, illicium est Medicis experientiam facere de medicamentis, an sint salutaria, vel nociva, etiam in regis desperatione. Tum quia nemini licet morte proximi scientiam confequi. Tum etiam quia sic operans dubius est, an mortem acceleratur si medicamentum. Ergo quantum est ex se, accelerationem intendit. Ergo peccat, si docet Azer. lib. 1. infit. moral. cap. 17. quæst. 1. Corduba lib. 3. quæst. 5. Anton. Perez certam. 10. scholast. num. 87. Villalobos tom. 1. summ. tract. 1. diff. 16. n. 1. & 4. Valsq. 1. 2. disp. 64. cap. 4. Salas ibid. tract. 8. diff. unio. scđ. 14. num. 136. circa finem. Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 38 Nauart. summ. cap. 2. 5. n. 61. Sayus lib. 1. in clavis regia. cap. 10. n. 6.

Dux duplex tamen est difficultas. Prima an licet agroti, de cuius salute desperatur, medicinam dubiam applicare, id est, de qua aquæ dubius atar profuturæ, an noctura sit? Affir-
mant ut probabilius Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 9.
num. 39. cum Valent. 2. 2. disp. 3. quæst. 10. punct. 2. vers.
non improbo, col. 64. Mouentur, quia ex applicatione huic ce-

B Medicus

DE
CASTRO
PALACI
TOM.
LIB.
E

Medici solum sequi potest periculum accelerandi mortem aegro. qui te ipsa moriturus erat. At hoc periculum sufficienter compensari videtur spe, eti dubia, de eius salute. Ergo poterit Medicus tale remedium applicare; inob. ut sentie Sanchez, teneat. Explico supradictam rationem. Damnum, quod euenire potest ex tali applicatione, est, quod infirmus bteuiori tempore morietur, v.g. morituros erat intra tres dies, intra duos morietur. Veritas autem quae sperati potest, est vita plurim annorum. Ergo non sit coorta charitatem infirmo debiram, si periculum ita exiguo exponatur ob tam gravem utilitatem. Et confirmo exemplo correctionis fraterne, quam diximus peccatori constituto in extremis adhibendam eis cum dubio ac profutum; vel nocturna sit, eo quod damnum quod timerur, videtur esse longe minus utilitate sperata: timeret enim aegrotus ob novum peccatum condemnandus, qui alias condemnandus erat, utilitas autem, quae speratur, est vitatio eterna condemnationis. Ergo similiter.

5 Nihilominus communissima sententia, & m.h.i. quia communior, probabilius, negat licetum esse Medico applicare medicamentum, de quo dubius omnino est, an nocturum, vel profuturum sit, sed necessario requiri, vel quod certus sit non obstatum, vel quod probabile sit profuturum: gener hanc sententiam Abbas in c. sua nos, de hom. c. ad vlt. n.4. Innoc. ibn. 1. Anton. n.5. Sylvestr. verb. Medicus. q.4. dict. 1. Angel. 2. Sayr. in claus. regia lib. 1. 10 n.9.10 & 11. Salas 1.2. r.8. d. 10. vnic. sd. 14. n.130. Valsq. q.19. nr.6. disp. 6.4. c.4. n.22. Azor. lib. 2. infist. moral. cap. 17. quaf. 1. Anton. Perez ceriam. 10. scholaf. n.88 §.mibi. Villalobos tom. 1. summa. tradi. 1. d. ffe. 16. num. 1. idem. mes. iudicio. tener. Corduba lib. 3. qq. 9.5. posf. 1. proposi. vers. pro declarat. Man. 2. tom. sum. cap. 5. n.6. conclus. 4. quanvis à Thom. Sanchez, referunt pro sua sententia, sed immrito, cum necessariò postulent probabilitatem de fructu medicamentis, eis non ita certam. Ratio est, quia applicans medicamentum, de quo nullam probabilitatem habet esse profuturum, sed potius dubiat, an nocturum sit, quantum est ex se applicat causam efficacem mortis. Ergo non est licet talis applicatio. Confirmo, Ideo omnes Doctores negant Medicis licetum esse infirmis delpletis medicamenta experiri, quia per hanc experientiam, manifesto periculo infirmum exponunt eius mortem accelerandi. Sed idem propositus est in patienti causa. Ergo adde, qui dubius est, an nocturum, vel profuturum sit medicamentum, non format iudicium de eius nocturno, vel utilitate, sed hæret suspensus ac proinde propriè, & in rigore nescit an nocturum sit, an damnum sit. Ergo cum applicat, applicat ad experiri. Experienciam autem facere de medicamentis est omnino licetum. Ergo. Verum si tecumque Medico probabile sit remedium profuturum, poterit illo vti, vt fecit omnes Doctores supra relati tenent: quia tunc non mortali periculo mortis infirmum exponit, sed probabili spei salutis. Tandem ipse Thomas Sanchez videtur retractare sententiam num. 4.2. in fine. At enim, quando est par, aut fecit per mortis periculum, sine adhibeatur medicamentum, siue non, non licet. Quod credo, quando non adest probabilitas aliqua, forte v. prof.

6 Ex his respondeo ad rationem, & primam confirmationem oppositorum sententia. Admitto in hanc minima existimatione leuioris consideracionis esse, exponeat agitorum priuandi periculum uno, vel altero die vita, quam exponere spei consequenti vitam per multos annos. At non debent fieri mala, vt inde eueniant bona: qui enim infirmum exponit periculum accelerandi mortem, periculum mortis exponit, quod in tristis malum est.

Ad secundam confirmationem respondeo correctionem non esse causam per se illius noui peccati, & maioris condemnationis, quod in peccatorum timerit, quod omnino est per accidentem, ac proinde numquam dici potest corripiens exponere peccatorum periculum maioris condemnationis. At medicamentum per se causa accelerationis mortis, illudque applicans confutat mortali periculo mortis infirmum exponere.

7 Secunda difficultas, as licet Medico vti medicamentum, quod credit minus probabile, ete profuturum infirmum, relieto eo, quod probabilitas credit, profuturum? Supponitur non esse medicamentum aliud certum.

In hac questione existimat Thomas Sanchez lib. 1. in Declar. cap. 9. n.41. ex obligatione charitatis, non tamen iustitia, tenet Medicum applicare medicamentum, quod probabilitas credit profuturum idem tenet absolute non distinguens, de qua obligatione. Sotus lib. 3. de inf. q.1. q.6. art. 5. ad 4. Salom. 4. 2. q.6. art. 4. crenouerit 2. ad 2. Villalobos tom. 2. summa. tradi. 1. diff. 16. n.6. Valsquez 1. 2. diff. 6.4. cap. 4. fine Suarez. tom. 2. in 3. part. disp. 2.1. sec. 4. fine & tom. 4. disp. 1.6. sec. 6. num. 5. Ratio esse potest, quia charitas proximi obligat Medicum, ut certior modo, quo possit, cuius salutis propiciat. Si ergo omisso probabilius medicamento, probabile tantum applicet, non curat infirmum meliori modo, quo potest. Ergo.

8 Verum contra sententia mihil probabilius appetit, scilicet non tenet Medicum applicare infirmo medicamentum, quod sibi videtur securius, & probabilius profuturum, sed pos-

se applicare illud quod existimat probabile, & in aliorum opiniones probabilius, & securius, ita docet Arag. 2.2. q.6.3. art. 4. dub. penit. Azor. lib. 2. infist. moral. c. 17. quaf. 11. Salas tradi. 6. disp. 1.6. sec. 14. num. 14. loat. Sanch. in select. disp. 4.4. num. 36. Mo- uer primò, quia alij Medicis applicantes illud medicamentum rit operantur, cum existimat probabilius est profuturum. Ergo ex aliorum opiniones potestis tu operari. Secundo non semper quod tibi probabilius appetat, est probabilius, & in te securius, sapienter conuenienter efficit ob salutem aegrotantis alieno iudicio conformare. Tertiò, graue onus tibi est impositionis, si semper deberes sequi, quod probabilius appetat: tenebris enim examinare causas probabilitatis maioris, cogeretis, quod quelibet momento medicamenta variare, cum in hoc iudicio de majori probabilitate variatio continua solcat est. Quod enim modò probabilius appetat, sequenti die non sic representatur. Item posses pro libito tibi imponere, vel autem obligationem, cum possis quod modò iudicas probabilius, iudicare minus probable. Quartò applicatio talis medicamentum non est contra obligationem Medicis ratione sui officij, ut Thomas Sanchez fatetur, quia neque est temeraria, neque imprudens, sed secundum regulas artis. Ergo neque est contra charitatem. Charitas enim solum obligat potest Medicum, ut suo officio satisfaciat. Quapropter exultimo, si charitas obligat Medicum, ut certior modo, qui sibi videtur infirmum curare, etiam ad id ex iustitia obligari. Efficitur ergo ex acutio capite obligatum esse curare infirmum certior modo, qui sibi videtur, sed solum esse obligatum ex charitate, & iustitia, ut certior modo, qui possit, vel secundum suam sententiam vel secundum sententiam aliorum, infirmum curat.

9 Ex his potest agri consulete medicinam, quam alij doctores falserat putant, est ipse eis non afferuntur, quia potest depolare propriam opinionem, & aliorum sententias conformare. Sic Thomas Sanchez super num. 41. cum Nuar. cap. 5. quis autem de paenit. diff. 7. n.7.4. & 7.5. in solut. ad 3.

10 Adiutor optimè Villalobos tom. 1. summa. tradi. 1. diff. 16. circa fin. assistentes infirmo sapienter peccate possunt mortaliter, quando felicis remedii assignatis a Medico, aliis pro sua voluntate videntur, & aquam, & vinum infirmo propinari, ut eius voluntari satisfaciant. Exponunt enim infirmum absque ratione manifesto pericolo moriendo saltum citius.

P V N C T V M X.

Quam opinionem iudex possit, teneaturque sequi in iudicando.

1 Casus proponitur.

2 Si probaciones efficaciiores habens tantum iuris, quam facti, pro se est sententia ferenda: si aequales, inter iurumque et dividenda, tamen si alij sentiant penes iudicem esse applicare cui voluerit.

3 Explicatur doctrina.

4 Quando sub opinione est positum, an probations ex parte facti aequales sint, vel sub opinione est positum, cuius magis ius faciat negant plures posse indicem, cui voluerit applicare.

5 Contraria sententia communis est, & amplectitur.

6 Stanibus diversis opinionibus de iure partium, aliqui affirmant se relata tua opinione probabilius, probabilis aliorum amplecti si index supremus sis; secus si inferior.

7 Probabilitas posse indicem quilibet iuxta opinionem alterorum probabile indicare.

8 Satisfactio contrario fundamento num. 6. adductio.

9 Sententiam debet ferre index secundum ea, que allegata sunt, non qua allegari poterant.

10 Orendum est posse esse opiniones tam circa factum quam circa ius ex facto ortum. v.g. contendis cum Petro super hereditatem, probas ad te pertinet, probat ipse similiter, poterunt esse opiniones circa probations factas, quemam ex illis efficacior sit, an traian Petri: Poterit etiam circa ius ipsum veritati opiniones nullas de facto dubitatione posita, v.g. certum est ibi relatum esse legatum in testamento minus solemnem, controuersum est inter Doctores, an ibi sit applicandum factum, inquam, est certum, ius tamen sub opinione. Item controuersit de hereditate cum Petro, eo quod tu consanguineus sis Joannis, qui decessit absque liberis, Petrus similiter contendit eodenam titulon consanguinitatis, sicut non in codem ordine, factum est certum, ius tamen sub opinione. Item aequalis de delicto, capitul informatio, possunt esse opiniones supposita informatione de quantitate, & qualitate præcez delicto interroganda, lis positivis.

11 Dico primò, si certum sit, est efficacior probations habere, tam iuris, quam facti, necessario debet iudex pro te sententiam ferre, quia debet iudicare secundum allegata, & probata: quia cum certum sit pro te efficacior esse, pro te est sententia ferenda, sic omnes Doctores. Verum si ex parte facti constas

confat probations regales esse, & ius aequum tibi, & alteri facias, affimat Ioann. Sanch. d. p. 44. num. 51. & Petri de Lem. de Matriu, quæst. 45. art. 1. dub. 2. ad. 3. integrum esse indicij non applicare cui maluerit: huc enim duo contendunt de beneficio Ecclesiastico, & pro virtute patre fuit aequalis probations. seu patr. creationes, & aequalis dignitas libertatis idem enim maluerit applicare. Nihilominus communitas fratrum docet in supradicto causa debere iudicem, si res dubia sint, sed, dubius, aut si utiliter dividendi non potest, debet partes inter se compondere, & virtute satisfacere. Nam iudex nos est dominus tecu, id illius distributor. Debet ergo dubitare pro qualitate iuri, quod vnaquaque habet; cum ergo vnaquaque habeat iurum in rem illam aequaliter, nulla est ratio, quare potius vni, quam alteri tributus: sicut enim vnaquaque pars non potest habere in rem illam integrum & vindicare, neque illam iudex potest ei integrum adjudicare. Debet ergo dividere, aut si dividendi non possit, alio modo satisfacere parti, cui non tribuit. Neque obstat exemplum de beneficio Ecclesiastico: nam ab beneficio Ecclesiastico nulus habet ius eum iustificari dubitans, quoque qui eligatur, sed potius habet ius iustificari dictat, ut ex litigibus vni tanquam contumaciam: at extra materialem beneficiorum, virtutem pars ante sententiam iudicis debet ius iustificari ad rem illam, quia virtusque est: neque inde aliud fact, quam declarare, cui tale ius competat, & cum virtus quoque competat, pro virtute parte est declarandum: & ita tenet Salas 2. cap. 11. subp. 63. art. 4. coroll. 2. Bannes ibi, dub. 1. circa foliat, ad 2. Savonis clavis regia lib. 1. cap. 11. m. 2. Thom. Sacra lib. 2. de matrim. disp. 41. cap. 1. & lib. 1. in Decal. 29. num. 5. male allegatus a Ioanne Sanch. pro sua sententia cum dicto exprefit rem esse dividendum, quando ex parte facti aquilae efficit probationes, idem docet Salas 1. 2. tract. 8. disp. iusticias, sed. 12. num. 118. & sect. 23. n. 140. Villalobos tom. I. part. 1. cap. 1. diff. 15. n. 2. Franc. serv. de charit. p. 2. 1. bello f. 5. n. 4. & Conin de matrim. d. 34. a. 10. n. 64. & bellum

Dixi, quando iuri virtute parti fuerit, rem dividendam esse, si equeles sunt probations facti: Quia soler contingerit, probations aequales sint, si tamen non aequi virtute litiganti fuerint, fuerint enim potius possidenti, quam non possidenti, ut confit ex *ex literis*, de probationib. ibi. *Quod si ambarum parium iofes sint eque idonei, possessor testes praeferuntur, et res iuris in 6.* Cum sunt p. iurium iura obscura, reo fauendum est prius quam actori. Et in causis civilibus reus dicitur qui possidet. Hoc tamen intelligendum est, modo non si contra matrimonium, dotem, libertatem, pupillum, peregrinum, viduum, aliquamque causam piam, pro quo, causentibus paribus, etiam actores sint, sed iudicandum: ut videatur decidi in cap. fin de sententi. Et re iudic. D xi, ceteris patibus. Nam si opinio senior, & magis probata esset in contarium, non debet tunc iudicari pro patrimonio, & alii favorabilibus causis, ex rese, in l. si pars, ff. de inofficio testament, favorabilis enim causis, ve bene dicti. Macard, de probatio- nibus, cap. 14, conclus. 1143, debitores sumus, ut alij iniustitia non fiat cap. ex tenore, deforo comparenti, & vlt. de donationib. inter vir. & uxor. In criminalibus autem esto accusator probations aequales cum accumulo proutile, immo etiam efficientes sint, si tamen non sunt conuincientes, non debet iudex contra seum pronuntiare sententiam, quia ad condemnationem debent est probantiores luce clariores. vi bene Salas sfa. 12, num. 115, conclus. 2, Villatobos sup. à num. 2. Salom, conclus. 2, & multo aliq. docet Mac. de probationib. verbo de iudicio, conclus. 197, num. 1.

4. Sed quia si probations ex parte facti non constat aequalis esse, sed hoc sit sub opinione: ut etiam quo probations sunt aequalis, sub opinione positum est, cui magis ius aridetur, vel denique sicut quo minus excedat alium in probacionibus facti, alius excedit in probacionibus iuris: in eis enim casibus poterit index applicare hereditatem cui malecent: neq; Baones supra l. 2. quas. 63. art. 4. dub. 1. circa solue, ad. 2. Villalobos diff. 15. num. 2. & 4. Aegid. de Conioch. num. 94. Suarez non distinguens de probabilitate facti, aut iurius sent. 6. num. 4. Ratio est, quia in supradictis casibus aequalis ius est ex parte virtutis: sicut cum constat aequalis probationes de facto habete. Ergo iudex, qui non est dominus rei, sed dispensator, & distributor, non potest vni applicare altero omnino excluso, cum videtur aequalis ius cum alio habete. Debet ergo rem dividere: aut si dicit non potest, alia via virtutis pati satisfacere. Et haec sententia est factis probabilis.

¶ Nullum non est talius probandum.
¶ Nullum non est talius probandum.
Nihilominus sententia communis (vi ipsius Suarez super-
testatur) affirmit posse iudicem cui voluntate haereditatem
applicare: sic docent expressè Sartorius in clavis regia lib. I. cap.
11. num. 4. Medina 12. quæst. 19. art. 37.5. conclus. 1. fol. 109. sa-
las quæst. 1. art. 23. disp. vni. sec. II. n. 115. Schol. 2. 1. quæst. 63.
art. 4. controver. 1. art. 1. pag. 108. Aragon. dñs. viii. in fine.
Valent. disp. 1.7. p. 7. art. 4. dub. 3. Petri de Ledesma. tom. 1. sum. radic.
8. cap. 11. post. 11. concil. diff. 1. fol. 745. Man. I. tom. sum. cap. 6. n. 1.
concl. I. Thom. Sanct. lib. I. Declar. 9. n. 45. Ioan. Sanct. disp.
44. 7. si tener glofia in cper. reuerendam. nebo facere de elect.
Et eleici potestige. ibi. cum cauia fuerit ambigua. iudicem cui
Post. 1. 1. 1. 1.

parti fauere voluerit iustè posse, & reg.in indicis, de reg.iuris in s. fine,dicis. Vt illi est in arbitrio indicem gratiosum habere. Unde lano. l. post dictum no. 105 ss. soluto matrim. atque huiusmodi causas decipi posse pro artico, & in talibus bonum est indicem proprium habere, ut dicit Decius cap. x. de confusione, in fin. & traditur in l. 3 quis seruam. & si inter duos fit de legat. a. Ratio huius sententiae esse potest quia iudex tenetur sententiam ferre in illa causa, & cum non sit major ratio fauendi vni potius, quam alteri, poterit cui voluerit facere. Quod vero non teneatur item dividere, aut alio modo satisfacere parti, cui hereditatem non applicat, sic recte cùm probations ex parte facti aequales sunt, & ius vtrique parti aequæ facere. Sic probabo: quia cùm sunt aequales probations facti, & ius aequæ vtrique facere, indubitate est esse aequale ius in utroque litigante, ac proinde iustitia est vni illorum integrum rem adjudicare, alio aequali ius habente exclusio. At cùm de qualitate probationum, vel iuris non constat, sed sub opinione est positum, quinquam vineat, similiter etiam sub opinione positum est, cui debet haeredes adjudicari: ac proinde poterit iudex cui voluntate facere, cùm opinionem probabilem de iure sequatur. Deinde cum probations ex parte facti aequales sunt, & ius vtrique parti aequæ facit, ius ipsum diuisitionem, seu compositionem (si fieri potest) consilium, vt traditum cum Say Salom, & communis sententia Iano. Salas suprà n. 118 ex l. & hoc Tiberius fit de hereditib.inf. l. sed eti lege. § adē, in fin. ff. de petti.hered. l. Titius, ff. ad Trebel. At cum opiniones sunt, quinam ex parte facti probations efficaciores habeant, vel efficiatiora iura, ius ipsum non consilium diuisitionem, vel compositionem, cùm ipsum ius dicat, iuxta diuersas probabiles sententias Doctorum quilibet habere integrum ius ad haereditatem. Poterit ergo iudex applicare ei, qui maluerit, cùm in hac applicacione se conformet sententia probabilis, dicenti illam patrem integrum ius habere ad haereditatem, integrę illi debitam esse.

6. Maior difficultas est, an statibus diversis opinionibus de iure patrum, posse reliqua opinione, quæ tibi probabilius apparet, probabilem aliquotam amplecti.

In hæ difficultate Vasquez *i. 4. q. 19. art. 6. disp. 64. cap. 2.* distinguunt inter iudicem supremum, & inferiorem, & affirmat iudicem supremum semper indicare debere iuxta id quod sibi probabilius est: quia eo ipso, quo iudex sit, indicio ipsius constituit res iudicanda. Si autem ex aliorum opinione, & iudicio sententiam proferret, non tam ipse, quam alii iudices fontent. Si vero iudex sit inferior, & videat suam sententiam non esse ita receptam in praxi, timeatque à superioribus iudicibus reuocandis, affirmat posse iuxta aliorum opinionem reliqua sua probabilitate sententias ferre. Tum quia non committit iudicis res iudicanda cum tanto dispendio sui honoris. Tunc eriam, quia eius sententia cum debet reuocari, nullius efficitur videatur esse. In his ex toto confortant Anton, Perez laurens, Salamanca, certam, iu. scholast. dub. 3. cap. 16. n. 7. & seqq. Torres de in situ, d. p. 48. n. 9. & Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. c. 9. n. 47. Ita de quolibet iudice debere sequi opinionem, quæ sibi probabiliot apparere docent Valent, Bannes, & Man. relati *n. 4. & 5.* & Villalobos *dib. 15. n. 4. & 5.* Et ratio iste potest, quia iudicis sententia sententias ferre in favorem illius, qui futius ius censebitur habere: si firmius autem ius censeatur habere, eo ipso quo probabilius ita putatur. Ergo, & hoc est facti probabile.

7. Mili tamen probabilit̄ apparer quælibet iudicem siue
inferiorum, sive supremum, posse iuxta opinionem aliorum pro-
babilem, & quæ ab aliis reputantur probabiles, sententiam facie-
re. Sic tenent Medini. 1.2, quasi. 19, art. 6. dub. penit. ad oleo
Salas ibi q. 21. tract. 8. disput. vñica, sed. 12. n. 1. 8. Saytus lib. x.
in clau regia, cap. 1. y. 9. Aragon. 2. quasi. 63. art. 4.
dub. penit. ad vñ. Saloni. ibi contro. 20. coroll. 4. decens esse plus
riū. Doctolum Salmanti Petri. de Ledelma. 1. tom. summ. tract. 8.
cap. 12. pps. 11. conclus. diffr. 2. pag. 946. Garcia z. tom. de his
part. xi. cap. 5. num. 362. Ioan. Sanchez d sp. 44. num. 50. & Thom-
mas Sanchez 19. reput. probabile. Moxut, quia nulla est rati-
o, quare non possit aliorum opinioni conformari in iudicando
cum opinio aliorum forte in te probabilior, & verior sit, &
praxi conformior. Si ergo alii iudices ex illa iudicantes nisi pro-
cederent, etiam tu procedis illis te conformando. Et confite-
quilibet Doctor interrogatus potest respondere ex aliorum
sentencia, si responsum faveat interroganti, vt ipse Vasquez
diff. 61. cap. 9. num. 47. docet. Cum ergo iudex tamen supre-
mis sit, inter ogetur a colligantibus de hoc iure, potest ei
aliorum opinione respondere, cum eius responsum yni parti de-
bet necessarij faveare.

8 Neque obstant in contrarium adducta. Committitur enim
tuo iudicio res indicanda, sed non secundum opinionem que-
tibi probabilior apparat, sed secundum eam, quæ pluribus
& doctioribus probabiliter videntur. Hoc enim est quod popu-
lo, & iugantibus concuenientius est, & regno, & Regi magis pla-
ceret, ut bene dixit Salas, *suyt. n. 114.* ¶ num. 120. Quare si con-
flate tuam opinionem probabiliorib[us] ab omnibus reputa-
ri (quod sciēc est impossibile) in tali casu certeferunt iugia il-
lam esse indicandum, quia tunc pro illa parte esset ius non solū
fitium, & probabilitus, sed omnino certum. At cum iugis

De conscientia opinante.

ex tua opinione tibi probabilius visa, alter ius firmius habeat, non censetur absolutè firmius ius habere, ac proinde non cogitis pro illo sententiam ferre.

9 Aduertit autem optimè Valsquez *suprà*, & ex illo Sanchez cap. 9, in Decalog. num. 48. iudicem in eligendis opinionibus attendere solùm debere que allegata sunt, non qua allegari possunt. Neque posse alteri parti qua allegare, vel probare debet, aperire, cum hoc sit officium non iudicis, sed Aduocati.

P V N C T V M XI.

Quam opinionem sequi possit Aduocatus.

- 1 *Qui censem, & qua ratione, te non posse esse Aduocatum actoris contra reum in causa probabili.*
- 2 *Contrarium approbat.*
- 3 *Potes Aduocatus in causa probabilibus iam vnam, iam alteram partem defendandam suscipere. At in regno Castella suscepio patrocinio unius, non potes contrari suscipere patrocinium.*
- 4 *Limitant aliqui in causa sanguinis, vel in causa grauius momenti.*
- 5 *Non approbat limitatio.*

Noster Valent. 2. disput. 5. quæst. 16. punct. 14. concl. 1. & 2. dixit te non posse in causa aequi probabili Aduocatum esse actoris contra reum, attento iure positivo. idem fecit Sylvest. verbo *Aduocatus*, quæst. 13. mouet ex r. 1. iur. in 6. cùm fum patium iura obscurata, præciput facundum rex potius, quam actori. Quod si dicas texum loqui de iudice, non de Aduocato, præterquam quod non est certum, cùm abolutè loquatur, hinc defunxit non leue argumentum. Nemini licet petere, & persuadere, quod alius efficere non potest, sed cùm est causa aequalis, tenetur iudex sententiam pto teo dare, & non potest illam praetare in fauorem actoris. Ergo Aduocato non licet id postulare.

2 Verum communis sententia est posse Aduocatum causam sibi probabilem, ejus relicta probabilius patrocinati, tam attento iure naturæ, quam attento iure canonico. Munus enim Aduocati est, veritatem partis, quam defendit, elucidare, & rationibus, ac allegationibus iudicem ad sententiam in fauorem sui clientis infletere, quod vbi est causa probabili, fieri prohibito potest. Nam licet sibi ius contraria pars probabilius appearat, foris iudici non appetatur. Quare Aduocatus non perit à iudice sententiam in fauorem actoris contra reum, casu quo iudex illam date non possit, sed representat iudici ius actoris, ut ipse examinerit, & videat, an possit pro illo sententiam ferre, ipseque Aduocatus existimat posse, eo quod pars, quam defendit, habeat probabile ius, & foris aliis probabilius: & ita teneret, & laicè probat Burgos de *procamio legum Tauri*, num. 409. & seqq. Gutierrez canon. 99. lib. 1. cap. 13. num. 24. Lessius lib. 2. *de iustit. cap. 31. dub. 9.* Sayrus clavregia lib. 1. cap. 1. num. 17. Salas 1.2. quæst. 21. tr. 8. disput. unica, sed. 11. n. 104. Thomas Sanchez lib. 1. in *Decal. c. 9. n. 51.* Ioan. Sanchez dis. 4.4. n. 54. fine. Valsquez dis. 64. c. 1. numer. 4. Nauarri, summ. cap. 15. n. 28. Azor. tom. 1. lib. 2. iust. c. 17. q. vii. Villalobos tom. 1. summ. tract. 1. diff. c. 14. n. 3. & affirmat esse communem Anton. Perez *certam. I. o. scholast. dub. 2. c. 15. n. 67.* & seqq. & probabilem reputat Valent. *suprà* conclus. 4. & infinituatur in cap. si virgo 34. q. 2. & colligit ex l. rem non novam, & patroni. C. de iud. & bi lex folium caulam desperatam præcepit Aduocato deferere.

3 Ex quo sit attento iure naturæ, & canonico posse Aduocatum inter causas probabiles iam vnius partis iam alterius patrocinium suscipere, & in diversis articulis, & diversa instantia, putat aduocando pro una in causa principali, & pro alia in causa appellacionis. Est res certa, vt tradit Ioan. Andr. & Preposit. in cap. *disciplina*, distin. 46. Speculator. titul. de *Aduocatio*. Sylvest. *suprà*, quæst. 13. Verum etiam in eadem causa (si abit scandalum) quia dux pro vita parte est probabilitas, neque appetit iustitia, vituperio pro libito defendi potest: neque enim maior ratio est, quare potius posse unam, quam aliam defendere. Si dicas arctatum esse defendere eam, quam primò suscepit, eo quod allegans contraria non sit audiendum, l. 1. C. de *fieri*, l. 1. cum *precium*, C. de *liberali causa*: facile respondeatur allegamentum contraria facta non esse audiendum, fecus allegamentum contraria iura. Verum est hoc ita sit, attento iure naturæ, & canonico. vt suprà relat. Doctores docent. At attento iure nostris regni nulli Aduocatorum licet vnius litigantis causa suscepit alterum in eadem causa patrocinari ex l. 13. tit. 16. lib. 2. noua compil. & hoc non solum in eadem instantia, sed neque in diversis, vt probat Azevedo ibi, cum aliis, & Burg. de *Paz in procamio leg. Tauri* 410. Salas sed. 11. n. 119. Addit ramen Azevedo l. 17. n. 5. & 6. lice nondum corpora, & actibus nondum factis per aduocatum posse de rigore pro contraria parte aduocare, si ei salarium non sol-

utatur: at indecens esse ob non solutum salarium partem fuscepiam relinquere, & in aliam infestare, nisi de licencia iudicis, & placet dictum.

4 Supradictam doctrinam limitant aliqui, ne habeat locum in causa criminali, sanguinis, & honoris, & in causa ciuiti maximi momenti, qualis est alius insigis maioratus vel possessiovis omnium bonorum. In his enim existimant te non posse causam minus probabilem defendere, in reliquis vero minoris momenti posse: ita tradit Sotus lib. 5. de *iustit. q. 8. art. 5.* Bannes 2. 2. quæst. 71. art. 4. in 1. part. dub. 5. Salom. 2. 1. q. 6. 2. art. 3. contra 2. Aragon, ibi. Mercado lib. 6. de *contr. c. 8.* Burgos de *Paz* *suprà* num. 421.

5 Verum haec limitatio necessaria non est, vt rectè Valsquez *suprà*, ex quo Salas, Thom. Sanchez, Villalobos, Anton. Perez, & alij supra relati desumperunt. Quia Aduocatus ideo in rebus minori momenti causam probabilem patrocinari potest, quia eius munus solùm est merita clientis sui allegare, & iudici examinanda, & decidenda proponere, & si iusta iuri, rogare, & persuadere, vt pri illa sententiam faciat: que ratio æquæ probat siue res sua majoris, sua minoris momenti, sua ciuitis, sua criminalis. Neque item limitanda est doctrina, vt limitat Thom. Sanchez *suprà* num. 54. ad causam parum probabilem. Nam dato quod probabilis sit, potest absoluere eius patrocinium Aduocatus suscipere, sicuti potest cliens illam intentare. Quoniamque enim potest contra aliquem mouere item, poteris Aduocatum habere, vt bene dixit Valsquez n. 4. & confirmatur reliqui Doctores ab solute loquentes.

Aduertit Sylvest. verbo *Aduocatus* quæst. 10. Salas sed. 11. n. 103. Thom. Sanchez, n. 5. 1. Ioan. Sanchez, n. 4. Valsquez exp. 1. n. 3. & alij debet Aduocatum clienti suo veritatem aperiatur, neque illi firmus ius, quam habeat, proponere. Quod si illum decipiat, existimat, & bene, Thom. Sanchez, *suprà*, & Sylvest. obligatum esse refutare, casu quo clientis cognito dubio causa non est, litigatu.

DISPUTATIO III.

De conscientia dubia.

QUÆ in disput. præcedenti desiderari poterant, inuenies in praesenti.

P V N C T V M I.

An operari ex conscientia dubia peccatum sit.

- 1 *Qua ratione conscientia dubia esse possit.*
- 2 *Conscientia dubia esse potest, vel de iure, vel de facto.*
- 3 *Aliud dubium est speculatum, aliud practicum.*
- 4 *Cum dubio speculatio sit iudicium practicum de recta operatione.*
tra materiam iustitiae tutionem partem eligendam esse in dubiis, ne aliquis se exponat periculo peccandi. Mouentur ex aliquibus textibus præcipue ex *cap.ad audientiam*, cap. significatione casu, & de homicidio, ubi in dubio an occidere Sacerdos, censor irregularis: quia in hoc caso (aut *Pontificis*) iutius est casus ab officio quam temere celebrare, pro eo, quod in auctoritate nullum, in reliquo magnum periculum timeatur. Item in *cap. illius dominus*, de clericis excommunicatis. Episcopus quidam excommunicatus fuit, quia suam Ecclesiam reliquerat, & alienum occuparat, qui tamen hic excommunicatus diuinus le immulcitur postea vero exscusum suum recognoscens in praesentia Papae constitutus inter alia in sua excusatione propositus, se non credere, quod Episcopus posset monitione non præmissa aduersari cum procedete, quia non erat iudex ordinarius, sed delegatus. Item propositus se non credere priuatum esse, officia diuinaria celebrare, cum ab eo commissoribus non accepisset, & cum ei non nisi per famam de sententiis excommunicationis confaret. Cui allegatione responderet Innocentius III. quod licet in hoc non videatur culpabilis omnino extitisse: *i. quia tam in dubiis via est utior eligenda, et si de latra in cum sententiis dubitare, debuerat carmen potius esse at sineire, quam sacramenta Ecclesiastica perradare.* Vbi aduerto huiuscmodi Episcopum videtur habuisse sufficiendum rationem dubitandi in excommunicatione non ligati, & nihilominus quia id dubium era, & culpabilis a Pontifice declaratur nulla alia ratione, nisi quia in dubiis tuiors non est eligenda. Deinde in *cap. inueniuntur, & spon- sali, latrantes*, qui pullam nondum septemnam acceperint, & cum illa consummata tentauerint, et si non potuerint, & postea confobranti illam duxerint, mandator separari ratione impedimenti publice honestatis contracti. Quod impedimentum sane dubium era, quia dubium etat, an talia sponsalia valent, immo praefum- tio iuriis pro corum nullitate statuit, sed quia in hoc dubio temere se matrimonio copulauit, cum in dubiis, quod certius est tempore debetur, ideo mandatur a Pontifice separari. Sequitur ergo ex iunctu omnibus partem tutionem esse sequendam, neque prodesse positionem.

4. Verum huiusmodi textus non coinvincunt. Concede Pontificem in casu homicidij dubijs statuisse irregularitatem ob reuerenciam, & decentiam sacramentorum rerum, innoxium illi principio, in dubiis tutorem partem esse eligendam, non tanquam obligatio-
rio, sed tanquam optimo consilio.

Ad cap. illud dominus , respondeo debuisse illum Episcopum abstineat, quia orte dubius de excommunicatione debet alii quam diligenter facere ad illud vincendum , nullamque legitur facile, ac propinde tanquam terrenatus violator puniri possit. Stance enim dubio , & non facta diligenter ad ilium deponeantur, tunc pars necessaria est eligenda, ut diximus punito & humiliando disp. Addic ex fama sicut probatur matrimonij impedimenta, raportat & excommunicatio probari, saltem ut abstineat à celebratione.

Ad cap. iuuenis, dico possessionem matrimoniū nihil iuueni
fatuere posse, cùm matrimonium contraxerit dubius de valo-
r sponsalium, & consequenter mala fide. Iudicauit autem Pon-
tifices matrimonium esse nullum, quia priora sponsalia fusse
nulla iudicauit: ea autem iudicauit valere, quia videt malici-
am iuuenis suppleuisse eius iuratum, quod non leuit collecte-
git ex eo quod tentauit consummatum, & ex aliis conjecturis
qua liec non esse omnino evidentes, erant tamen mortali-
tate, & tamen Pontifices potuerunt vi illorum declarare spon-
salia valida fusse sic *Glossa*, & *Præposit. insupradicto cap. Tho-*
mas Sanchez lib. in Decalog. cap. 10.n.15.s. ad 3. Suarez item 2.
*de relig. lib. 4. de uoto. cap. 5. n. 22. Adde cum *Padomiu. & compa-**nisti*, bī iuuenem illum maiorem esse sepprenio, & post am-
plius proximam esse: quando autem iuuenis maior se-
pprenio duxit minorem sepprenio, & eam traduxit ad doc-
num, oritur ex tali contractu impedimentum publice hone-
statis, secundum communem, et si aliquo modo dubium, sen-
tientiam*

PUNCTVM VII.

An dubius de lege, vel præcepto tenearis illo.

- Si facta sufficient diligentia adhuc dubius es de lege, ve
p. acce p. non teneris illo.
 - Idem est si dubitus, an se extendat ad aliquem casum.
 - Si dubius, si lex sex usi recepta, probabilis est se illa re
nervi.
 - Satis est probable oppositum.
 - Si certus sis de lege, & dubius an ratione alicuius necessi
taris exmaris, affirmant aliquis non teneri, si lex ef
incommoda.
 - In tali causa obligaris lege.
Certece quod de dubio, ex factis facilius convincere illa

ⁱ Respondeo, si facta sufficienti diligentia ad inuestigandam veritatem, adhuc dubius manes, non teneris legem.

aut praecepto. Ita Henriquez lib. 8. de Eucharist. cap. 45. num. 3. in comment. litt. P. Suarez §. 10m. in 3. p. dispu. 40. scđ. 5. num. 15. Thomas Sanchez lib. 1. de mat. dispu. 41. num. 36. Et lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 32. Villalobos tom. 1. sum. tractat. 1. diff. 21. num. 4. Eman. Sæc. verb. dubium, num. 2. Quamvis Valquez 1. 2. dispu. 64. cap. 3. Et dispu. 66. cap. 1. initio, regeat oppositum, & ex parte illi contentiat Salas tractat. 8. dispu. unica. scđ. 25. num. 158. Ratio nostræ conclusionis est, quia in hoc dubio est possibilis pro liberate. Quilibet enim statum actionum est dominus, & liberè in illis procedere potest, dum se ligatum non cognoscit, qui igitur pot factum diligentiam dubius est de præcepto, non se cognoscit ligatum.

2. Idem prossus dicendum est, quoties dubium fuerit, an lex, vel præceptum ad aliquem casum se extendat, quia tunc periade est ac dubitate de lege, an sit impolita. ita Thomas Sanchez in Decal. cap. 10. n. 33. Salas (upr. n. 158).

3. Sed quid dicendum, si dubitas, an sit lex vnu recepta? Thomas Sanchez lib. 1. in Decalog. cap. 11. numer. 35. existimat in hoc dubio te esse obligatum legi, quo cum de lege constet, pro eo stat possibili, & iuri presumptio. Ergo vt ab eius obligatione eximaris, cibi incumbit onus probandi non esse vnu receptam. Fatoe hoc esse probabile: & ita tenet, cibi non satis consequenter Bonac. dispu. 1. de leg. q. 1. p. 4. n. 44. Et dispu. 2. de pccc. 3. 4. p. 7.

4. Nihilominus valde probabile est in supradicto casu lege non teneri: ita Azor. tom. 1. in his moral. lib. 2. cap. 19. questi. 12. Salas illa dispu. vnu. scđ. 18. num. 169. dicunt enim dubitatem an aliqua lex excommunicationem, suspensionem, vel irregulatitudinem imponens sit vnu recepta, poti repudie non esse vnu receptam. & non obligate. Moutetur, quia in legis penalibus benigoniorem partem sequi debemus. Frustra ratio, si pro lege est possibili. Quare ratio nostra conclusio- nis ea debet esse, quia tunc non constat de lege imposita, ac proinde non possidet: vbi enim dubium est, an aliquando fuerit vnu recepta, est dubium, aliquando obligatur, quia ad hoc vt obliget, debet necessarii recipi secundum probabilem sententiam, vt tradit. Dominic. in cap. 2. de cons. & pace, p. 1. num. 12. & in cap. 2. de cons. & felic. in cap. 2. de vte. g. & pace, p. 1. num. 12. & ex illis Nauart. in sum. ap. 2. 3. num. 41. Rebello. de obligat. in- flis. x. p. lib. 1. q. 4. p. 5. num. 7. & ali plures testendi, tract. 3. de legib. dispu. 1. p. 13. Si ergo dubium est, an aliquando obligatur, dubium est, an aliquando fuerit vera lex, & consequenter non possidet. Idem dicendum est propter, quod dubitas de promulgatione legis, an fuerit facta, quia lex esse non potest sine promulgatione. §. 1. in autent. vi facit noua constitutiones, & in §. 1. autem, in his de contrahend. empli. & probat optimè De- cius in rubr. de cons. p. 1. num. 36. verific. Utterius tamen videtur.

5. Quid si certus sis de lege imposita, dubites an ratione ali- cuius necessitatis, vel alterius circumstancie ab ea eximaris? Salas illa scđ. 15. n. 2. 9. existimat te non teneri, si lex tibi incommoda & molestia. Moutetur, quia libertati fauendum est, quantum possumus. Debemus ergo pro liberate iudicare quoties dubium est, an lex obliget.

6. Dicendum tamen omnino est in hoc casu, te obligatum esse. Quia constat legem ipsam possidere, & eius obligatorum. Ergo vt conficias ab ea excusat, probare debes exceptionem: immo ergo ab obligatione certa te volebas ex- mere excusatione dubia. sic Medina 1. 2. questi. 96. art. 6. ad fin. proposi. 3. Iohan. Sanchez dispu. 43. num. 8. in prime. Thomas Sanchez, relatis Decio, Alciato, Suidio Neut. & aliis, lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 34. Et lib. 2. de matrimon. dispu. 41. num. 37. Idem dicendum est, si dubites, an abrogata sit lex, vel in ea dispensatum, quia lex possidet, & probare debes exceptionem, vt eximaris: sic vterque Sanchez suprà & Salas (cibi non multum consequenter) illa dispu. unica, section. 2. 6. num. 265. Ratio in contrarium non obstat: liberati enim fauendum est, quod non constat ligatum esse, at cum constat de lege, constar de vinculo, & illi vi possidentis in casu dubio debemus fauere.

7. Hinc à fortiori constat te esse obligatum lege, si certus sis de illa, & dubius an satisficeris, v. g. certus es te esse obligatum quotidianas horas canonicas recitare, dubitas an obligatio- ni satisficeris, tenebris dum non deponis dubium, recitare, quia obligationi certa, non potest solutione dubia fieri satis. Ita Medina C. de orat. questi. de orat. q. hora steriana. Lodefin. 2. part. 4. questi. 16. art. 6. in 2. part. sub. 3. Nauart. c. sequitur autem de ponenti. dispu. 7. num. 76. vers. 17. Thomas Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 12. Rebello. de obligat. iustit. part. 3.

1. lib. 2. questi. 14. scđ. 2. num. 9. Et 10. fin. pag. 119. Et 2. p. lib. 1. questi. 2. questi. 2. scđ. 2. m. 13. §. 9. a etiam ratione.

*

P V N C T V M VIII.

Aliqua notatu digna ex supradicta doctrina inferuntur.

1. Quid sit epicheia, & an detur in casu dubio.
2. Non licet uti epicheia in casu dubio, si consuli potest superior.
3. Quando superior consuli non potest, affirmant aliqui.
4. Seruanda tamen est lex.
5. Apponitur quadam limitatio, sed non approbatur.
6. Quid de dubitate, an sonuerit 11. hora noctis, ut possit ca- mare, vel carnes comedere.
7. Dubitans an expleverit 21. annum, ieiunio non tenetur.
8. Dubitans an comedierit, vel bibet post 11. hora noctis, se- cundum aliquorum opinionem communicare potest.
9. Probabilis est sic dubitatem communicare non posse.
10. Satisfit fundam. n. 8. adducit.
11. Dubitans ob tenuitatem beneficij de obligatione recitandi, tenuerit recitare, defenduntur probabilitus.

1. Primum inferrur, quid dicendum sit, an in casu dubij de- tur locus epicheiae. Epicheiam voco emendationem legis, seu interpretationem, quando scilicet aliquis interpreta- tur legipositum vel non potuisse, vel noluisse ad aliquem actum, est sub verbis legis comprehensum, obligate ob occurrentes circumstancias. Ex qua interpretatione, si voluntas operari dicitur uti epicheia, ac proinde epicheia actus est intellectus & voluntatis, ut bene dixit Suarez lib. 6. de leg. cap. 6. num. 2. & 5.

2. Hanc autem interpretationem seu emendationem legis nullo modo licet in casu dubio, si consuli potest superior. Est communis sententia cum D. Thom. 2. 1. q. 120. art. 1. in corp. Et ad 3. questi. 96. art. 6. ad 2. & ibi Caieran. & alii Medina C. de penit. tract. de ieiunio questi. de ieiunio qui generatur a ieiunio. Sotus lib. 1. de ieiunio questi. 6. art. 8. & terita vero conclusio Et §. ad huius rei intellectum. Thomas Sanchez lib. 2. de matrimon. dispu. 41. p. 37. Suarez lib. 6. de leg. cap. 8. n. 10. Sanchez dispu. 43. n. 8. circa me- dium. Vasquez de Eucharist. dispu. 219. cap. 4. n. 4. Ratio est eti- dum, quando dubium est de voluntate superioris, an scilicet voluerit ad illum casum legem suam extenderet. Quia operari cum conscientia dubia, quando ipsa depone potest, est peccatum ob periculum. Sed cum dubium est, an voluerit superior obligare, in tali casu deponi potest dubium ex eius non licet. Ergo non licet in tali dubio operari superioris inconsulto. Si vero dubium sit de potestate superioris, an inquam, potest obligare, cum clavis non constet eius impotestio, iniquum videtur, interpretari non posse obligare. & legem descrevere, cum pro lege, & interpretari la- derioris sit possesso.

3. Difficilis autem est, an in casu vnguenti, in quo superior consuli non potest, possit uti epicheia?

Affirmat Sylvester. verb. Pap. questi. 16. dictio 2. fine. Et verb. di- spensis. q. 4. Cordub. q. 1. lib. 3. q. 13. ante reg. 1. fol. 20. 5. Henricus lib. 14. de irrg. c. 3. n. 3. litt. X. contentus Salas, quoties adimplatio legis est molesta, & incommoda, tract. 8. dispu. 25. n. 60. Ratio, quia videtur nimis durum obligare homines legibus non certi, sed dubiis, in tali casu videtur lex dubia, cum de eius obligatione dubitetur.

4. Tendenda tamen est communis sententia, seruandam esse legem. ita D. Thom. Soto. Medina. Vasquez, & querre Sanchez & Suarez sylvestri. & affirmant Sylvester. Cordub. & Henricus intelligentios esse non de dubio sequibili, sed de formidine, quando scilicet est probable iudicium, licet cum formidine, vel non potuisse, vel noluisse superioriter in tali casu obligare. Ratio est, quia in tali casu lex non est dubia, sed certa, cum conferre verba eius talera casum comprehendere. Soiùm autem est dubium, an legislator voluerit, vel poterit illum casum comprehendere. Ergo dum non probatur impotestio, vel nolito, pro lege state debet presumptio, ut potest possi- dente.

5. Limitat autem supradictam doctrinam Suarez illo lib. 6. de leg. cap. 8. num. 12. ut procedat, nisi alteti legi grauiori du- bitus contrariari. Tunc enim (inquit) licet grauiori legem exequi, omisla minor, quia illa concurrentia est sufficiens ratio deponendi practice dubiam conscientiam, ne homo sit perplexus. Mibi autem supradicta limitatio non placet. Existi- ma namque seruandam tunc esse legem, & præceptum cer- tum, omisla lege, & præcepto dubio: quia possidet præceptum certum, dura non constat alteti legi superiori contrariari. Qua ratione coniugis dubius de obitu prioris coniugis teneat pra- senti redditio debitum, nisi redditio debiti contrafacta sit tam iuri prioris coniugis, quam temperanza: quia lex temperanza, & iuri prioris coniugis est dubia, & lex dubia non potest præualetere aduersius legem certam & possidentem, qualis est de reddendo debitum petenti coniugi. Item quando est dubium, in materia iuramenti, vel voce licita sit, sentit D. Thom. 2. 2.

q. 89.

quaf. 89, art. 9, ad 1, obligare, siquidem dicit posse Episcopum tunc dispensare. Ergo à fortiori obligabit præceptum certum, cum dubium solum est alteri contrariari.

6 Secundò inferitur dubitantes, an fuerit clapsa 12. hora noctis, non posse cenare, si illa dies sit ieiunij. Quia possidet ieiunij præceptum, dum non constat de probabili excusatione. Et contra vero, si ex istius dies est, ieiunij dubitas. ad. 12. noctis consernit, potes hodie carni comedere, quia ex eo possides libertatem. & solùm sub dubio stat priuatio illius. Quod si diuersa horologa sunt, poteris culibet te accommodare, quia sequitur quasi opinione probabilem, nisi forte aliquod sit communiter, ut trans reputatum. In iis conuenienter compununt Doctores, Vega lib. 3, num. cap. 13. Thomas Sanchez lib. 2, de matr. disp. 41, n. 40. Salas 1, 2, tr. 8, disp. omnis, sett. 25 num. 24. Ioan. Sanchez disp. 42, n. 3. & disp. 43, num. 5. Villalobos 20. 1. de conscient. disp. 21, num. 6. & 7.

7 Tertiò inferitur dubitantes expletuerit 21. annum, ieiunio obligatum non esse. Quia ante dubium est in libertate non ieiunandi, qui liberate priuari non debet ob præceptum dubium. At non poterit ad ordines, vel beneficium promoueri, dum dubius est, ut habeat statim requisitionem: quia rato tempore antecedenter dubium, obligatus erat non ascendere ad ordines, vel beneficia ante statim. Ergo non poterit illo præcepto desobligari, dum non probat statim, sic Thomas Sanchez farr. n. 38, & Ioan. Sanchez n. 6. & 7.

8 Quartò inferitur quid dicendum sit, si dubites, an post 12. horam noctis comedieris, ab biberis, possitis communicare? Et dubium est potest non de actione comedendi, vel bibendi, sed de tempore, certa enim esse potest comestio, vel potus, ut dubium, fructus post 12. horam noctis? Secundò potest est dubium de comestione vel potu, non de tempore, ut cum quis ag laudandum se hora mactaria assumit aquam ad abluendum os, dubitas tamen, an aliquid deglutieris, in ieiunio eisibus actetur pugnat Ioan. Sanchez in slect. disp. 42, n. 1. & præcipue n. 9, post sic dubitatem ad Eucharistiam recedet, & Confessio fuit debere confundere. Adducit pro se Medin, in sum. in declar. 2, præcipue Ecclesiast. § 41, non longè à principiis, vbi ait: Ne fias fidelis nimiam scrupulosi, si abluendo os illa videatur aliquam guttam transfluisse, nisi enim manifeste cognoscatur fusca transflentiam in stomachum, non abstineat à communione. Lucum in sum. fol. 145. in et præcepto 4. de la Iglesia de comulgari, dicens: El que sia en duado, se trago una gora de agua, y no loce claro, piedra comulgari. Fauerit huius opinioni non leuit Eman. sae verbis Eucharistia, n. 28, dit. Complut. 609. quatenus dicit: Traiculum aliquid contra voluntatem, et parum aqua dura abhuiat, non impedit communionem. Probaturque potest hinc opinio primò. Homo habet ex se libertatem, & potest item communicandi. Ergo ob dubium comestione priuari non debet tali potestate. Secundò qui cenat carnes die lous, dubians an sit hora 12. noctis, non adiutoriant præcepto ieiunij quia est dubium, in tunc virgat tale præceptum. Ergo humiliiter talis cena non adhibetur præcepto ieiunandi ad communionem, quia est dubium, in tunc virgat tale præceptum, et constituta. Si quis habet præceptum ieiunandi castitia die ieiunio naturali, sive vlo profus potu, & cibo, & hodie dubitans an sit hora 12. noctis, comedat talis comestio ieiunium naturale non violat, & si non intellegit, pro tunc possitire præceptum. Ergo ex tali comestione non redditur inhabilis ad communionem, quia in tantum reddi potest inhabilis, in quantum intelligit ieiunium naturale soluisse; et per illam comestio non intelligitur ieiunium naturale soluisse. Ergo Tertiò coniux, si in dubio de valore matrimonii ieiunent, & facta diligenter dubium vinceat non potest, potest petere debitum, quia ante dubium sicut in possessione, quod illa viror esset propria, qua possitio ob superuenientem dubium priuari non debet, sed cui dubium sive uenit, an comedere post 12. horam noctis, erat in possessione communicandi. Ergo non debet tali possessione ob dubium ipsiari.

9 Nihilominus probabilius existimo si dubitantes non posse communicare ita docet Thomas Sanchez lib. 2, de matr. disp. 41, n. 40. Salas de conscient. sett. 25, n. 264. Villalobos tr. 1, disp. 21, n. 7 & Doctores communiter. Probo. Prinò. Præceptum sumendi Eucharistiam ieiunum semper obligat. Ergo si cum accedit sumere Eucharistiam, dubitas, an sis ieiunus, dubitas an præcepto sumendi Eucharistiam ieiunum adiuteris, & cum nulla sit pro tua parte possitio præcepto antecedens, sic sine in casu dubio pro præcepto standum esse. Secundò, qui dubius est, an sis ieiunus, dubius est, an sit dignus. Ergo non indigne manducat, probare debet se ieiunum esse. Tertiò qualitas non præsumit, nisi probetur ut opinimur docet. Menochius conj. 25, n. 31. & conf. 1, n. 21. Ergo non præsumit ieiunus; nisi probetur. Probare autem non potest qui dubius est. Ergo, Quare, vñquisque probare debet fundamenum sua intentionis, alias succumbet. Iei. qui dicit, si de probat. Lector, quod affirmeret, C. od. 1. qui accusare C. de edend. & tradit. Decius consil. 64, num. 1. Socin. junior confil. 12. n. 3, lib. 1. & alius relaris M. card. de probat. verb. qualis, concl. 12. n. 3, num. 3. & 4. At fundamenum exigentis communionem ab Ecclesia est esse ieiunum à culpa in anima, & à cibo, & potu in corpore. Ergo dum non probat hoc fundamentum, immixtum exigit communionem.

10 Neque obstant superius allegata pro Ioan. Sanchez.

Ad primum dico neminem habere libertatem communicandi, nisi probata dignitate, sicut neque habet libertatem accepienti beneficium Ecclesiasticum, aut ordines, nisi probata etate, & legitimata ad illi requisitus. Quare dum dubius est de statim, aut legitimata neque beneficium, neque ordines recipere potest, ita neque Eucharistiam, cum dubius est, an comedere.

Ad secundum respondeo cenam illam non contrariati præcepto ieiunij Ecclesiastici, aut naturalis per se, at contrariati communioni posita sequenda, non contrariatur præcepto ieiunij, quia non constat tale præceptum esse, at contrariatur sequenda communioni, quia communioni, & præcepto certo bene potest dubia comestio contrariari. Aliud enim est ius acquisitionis tollere, aliud de novo acquirere, ex vi enim præcepti ieiunij tollitur homini ius acquisitionis comedendi, cum voluerit, quod ius tolli non potest, nisi præcepto certo & indubitate. At cum homo communicate intendit, beneficium intendit acquirere. Non ergo illi interrogatur iniuria, si non detur tale beneficium, dum non probat sufficientiam.

Ad tertium respondeo ob superueniens dubium non impediri coniungit petere debitum, quia habuit ius iustitiae acquisitionis ad petitionem. At nullus habet ius iustitiae acquisitionis, ut sibi sacramenta donentur, nisi prius probet se nullum impedimentum habere. Ergo. Addo esti culibet licetum sit matrimonio copulari, non tamen licetum illi est, si dubius sit habere impedimentum, quia numquam habuit ius se matrimonio copulandi, nisi probando impedimentum non esse: ita similes, esti quilibet ius habeat Eucharistiam sumendi, non tamen illud habet, quin prius probet se dignum esse. Adierto tamen horam 22. tamen compleri, cum primus pulsus sonat, quia tunc indicatur horam completam esse, & quia non potest uno pulsu indicari, ideo multiplicantur. Quare si quis post primum pulsum bibet, sive dubio communicate non potest: ita Thomas Sanchez illa disp. 42, num. 40. Villalobos diff. 21. Salas num. 264, Ioan. Sanchez disp. 42, n. 19. Garcia de benefic. 1. tom. p. 5. cap. 1. à num. 24.

11 Quintò inferitur, quid dicendum de habente beneficium tenuit, & ob id dubitantes obligatus sit recitare: Salas 1. 2. tr. 3. disp. omnis, sett. 17. n. 1. 4 sine affirmat non teneri, quia est dubium iuri, & præcipue ex suo sapientia repetito principio. Præceptum, inquit, onerolum & molestum implendum ex obligatione non esse in causa dubij. Mihi quidem probabilitus videtur dicendum in tali dubio obligationem esse recitandi, teneat exprestus Vasquez 1. 2. disp. 65, cap. 3, num. 11. Ratio est, quia est certum te habere beneficium, ac proinde obligationem officij illius maxima. Dubium autem est an ab hac obligatione ob pavitatem fructuum excusetur, quando autem obligatio est certa, & excusatio dubia, teneris obediens. Addo in foro externo te forte condemnandum, si dubia obexcusatio, quia pro Ecclesia est certa lex, à cuius obligatione vt excusatio posset, debebas excusationem probare, quod constat ex doctrina tradita à Couair. lib. 2. var. cap. 12. n. 12. Triaquell. de retract. lignag. §. 1. Gloss. 9. n. 2. vers. quibus addo. Gonzal. reg. 8. cancell. Gloss. 8. n. 2. Eucard. in suis topicis loco ab exceptione ad regulam. n. 12. vbi omnes probant, cum de lege constat, & ab illa vis te extirpare, probandam tibi esse causam excusationis, aliqui pro lege iudicandum est.

PUNCTVM IX.

Dubius de voto, iuramento, vel promissione, an teneatis.

1 Affirmant plures, & qua ratione probent.

2 Probabilius est to esse excusatum.

3 Satisfactio fundamentis oppositum.

1 Affirmant plures graueisque Doctores Azor. tom. 1. instit. 9. moral. lib. 2. cap. 16. 9. 10. & lib. 11. cap. 15. q. 10. Valq. 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 65. cap. 3. fine. Anton. Perez certam. 10. (Cholast. dub. 2. n. 132. Cordub. sum. q. 147. Sayrus in clau regia lib. 1. c. 13. n. 6. Salas, quoties votum, vel iuramentum non est de re nimis incommoda, & molestia, 1. 2. tr. 3. disp. 3. cap. 1. sett. 17. n. 162. & sett. 21. n. 45. & 253. Monstrant, quia extra materiam iustitiae eligi debet tutior pars, cum extra illam non derur possessio. Secundò, esti in dubio iuriis non sit necessarium partem tutiosum eligere, at in dubio facti necessarium eligenda est, præcipue in foro conscientia, ut teneant Ioan. And. Card. Anan. & Socin. cap. ad audiencem de homicid. num. 46. Panorum, ibi num. 1. Felin. n. 17. id est in dubio homicidij facti censetur quis irregularis, sed dubium, an votum emiserit, est dubium facti, ut de eis constat. Ergo.

2 Nihilominus probabilius multo est dubitantes, an votum, vel iuramentum, aliquam promissionem emiserit, illis non teneantur.

teneri, si facta diligentia vinci dubium non potest, ita soto lib.7. de iustit. quaf.3. art.2. Gratiss decif. lib.2. cap.31. in fine. Henricus lib.11. de matrimonio. cap.11. num.5. & lib.8. de Eucharist. cap.45. num.3. in comment. litt. P. Man. tom. I. sum. cap.99. n.5. Saec edit. Complut. & Rem. verb. dubium. n.1. Reginald. in pratt. 1.2. lib.18. p.176. Villalob. tract. de conse. diff. 2.1. Thom. Sanch. alii allegatis lib.1. de matrimonio. dif.9. p.11. & lib.2. dif.9. p.32. & in Decal. cap.10. n.3. & lib.4. cap.1. n.6. Ioan. Sanch. alii allegatis dif.43. n.1. Rebello. de iust. p.2. lib.1. q.2. n.15. q.2. etiam ratione. Suat. 5. tom. in 3. p. dif.40. sec. 5. n.15. latius tom.2. de relig. lib.4. de voto. cap.5. n.7. Salas supra, quoties votum est de te molesta, & onerosa; vt fere semper contingit, faretque Giotto in cap. ex parte de censibus.

Ratio est, qui videatur iniquum cogi promittentem ad certam solutionem, quin probetur promissor existere. Quare in foro externo, & iudiciale nemo promissus cogitur stare dum de promissione non constat: si enim aliqui volenti nubete, obiciens vobisca fatusit, dum non probas votum, non cogitur a matrimonio defuisse. Ergo neque in foro conscientiae cogendum est votum seruare, si in illo foro conscientiae non constat. Item ubi tractatur de obligatione contrahendenda, facienda est stricta interpretatione, ex l. quidquid adstringendi, ff. de verbis obligari. & cap. 1. de iure, in 6. fauteque reg. 11. de reg. iur. in 6. Vbi partium sunt tura obscura, reo fauendum est, potius quam actor. Cum ergo vobis, & promittens reus sit, illi in causa dubij fauendum est.

Hæc ratio probat te non esse obligatum, etiam si propinquas magis vobis, dummodo semper mages dubius, si veretur Sanchez supra. At si probabile tibi sit vobis, & de contrario (solum sit formido), neque vales assensu prestat, tenetis promissione, quia iam est moraliter certum, te debitorum esse. Si autem pro vituperio parco probabiles rationes habebas, poteris sequi, quam malueris, ut de se constat, sic Thom. Sanch. de sponsal. dif.9. n.11. fine. Suarez lib.4. de voto cap.5. n.5. Ioan. Sanchez dif.43. n.2.

3. Ad primam opposita sententia responder optimè Suarez supra num. 8. & Seg. illam regulam. In dubiis melior est conditio possidente, non solum in materia iustitiae, sed cuiuscunque virtutis, habere locum. Tum quia iusta ex quibus desumitur, sine illa restituzione loquuntur, & constat ex reg. in parte 65. de reg. iur. in 6. Tum etiam, quia quilibet habet ius latè sumptuaria circa suas proprias actiones, & possit illas libere, & sine obligatione exercere. Ergo dum non probatur, illas debete, pro libertate stat presumptio.

Ad secundam, neque in dubio iuri, neque in dubio facti, si dubium speculativum sit, obligationem esse semper sequendi partem tuorum, sed id esse convenientius. In materia autem irregulatitudinis, homicidij ob specialia reuocantem terum, scatram pars tutio sequenda est, ut diximus.

P N C T V M X.

An tenearis promissione, voto, vel iuramento, si dubites adfuisse animum iurandi promittendi, vel vobendi.

1. Oriri potest dubium ex verbis, & ex intentione.
2. Si dubium oritur ex verbis, non teneri.
3. Si oritur ex intentione, proponitur ratio difficultatis.
4. Resolutur te esse obligatum.
5. Apponitur quadam limitatio de iuramento metu extorto. Sed non approbarur.
6. Si dubites, an cum ambiguitate illo in causa iuraueris, non teneri.

¶ Post hoc dubium oriri ex duplice capite. Primo ex eo quod verba prolati ambiguum sensum habeant, cum aliquando accipiuntur in sensu verè promissoio, & aliquando non: aliquando denotanti promissione veram, aliquando propositum: aliquando denotant iuramentum, aliquando simplicem assertione, vt si dicas: Per fidem, vel conscientiam meam hoc faciunt. Secundo oriri potest dubium ex intentione, an scilicet faciunt intentione promittendi, vel (solum) simulandi.

2. Et in primo casu affirmo perseverante dubio te voto, iuramento, aut promissione non teneri. Quia non dubium est, an sit vobis; in quo casu fagendum esse libertati diximus, & meo iudicio, de iuramento decisum est in cap. clericis, de iuramento, ubi clericis qui iuravit seruare statuta sua Ecclesiæ, prædicto iuramento, aliud denovo statutum factum est, promissio per idem iuramentum factum, se seruaturum nouum illud statutum. Et responder Pontifex. Litter transigendi non debueras, quod promisisti, non teneri ad illius obseruantiam ex debito prædicti iuramenti, cum tamen dubium esset, an iuramentum antiquum ad presentem materiam extenderetur. & ita docet Suat. tom.2. de relig. lib.1. de iuram. cap.33. num.3. & lib.4. de voto cap.6. num.2.

3. De secundo casu, quando verba probata non patiuntur dubiam significationem, sed certam, & dubitatur, an habueris intentionem iurandi, promittendi, & vobendi, vel potius simulandi; vel dubitas, an scilicet promissione, vobis, vel iuramento obligare; alicui posset videri in cuius favorem faciendam esse interpretationem. Quia possides tuam libertatem, dum non constat ligatum fuisse; at cum dubius sis de intentione promissione, non tibi constat ligatum esse, quia non constat de voto, iuramento aut promissione, quia ad eum constitutum, & essentiam requirunt intentionem. Et confumo. Dubius an sit imposta lex, vel an factum fuerit vobis, legi, & voto non teneri, sed qui dubitat de intentione, dubitas de voto, promissione, & iuramento, cum sine intentione non sint. Ergo non teneri.

4. Nihilominus in hoc dubio tenendum est pro certo te obligatum esse promissione, voto, & iuramento. Primo, quia delictum presumi non debet nisi probetur, ex cap. abit. 11 quaf. 3. ibi, abit ut quidquid sinistrum de his arbitremur qui Apostolico gradu succedentes Christi corpus sacro ore confitimus; & tradit Vipian. in 1. merito, ff. pro socio, & ibi Doctores, & abunde confirmat Menochius consil. 99. n.12. consil. 82. num. 105. & con. 10. n. 54. Alcian. in tract. de presumpt. regul. 3. praesumpt. n.1. Macfar. de probat. verb. delictum, conclus. 4.96. n.1. Si autem in tali dubio animus adfuisse presumatur, iam delictum presumitur. Ergo non est presumendum adfuisse. Secundum verba signa sunt intentionis, dum contrarium non probatur; nemo enim dicere presumitur, quod non sentit. L. Labeo 7. ff. de suppedit. legat. quo loci Celsus ex Tuberonis sententia dixi nomina esse, vt demonstrent voluntatem dicentes, & quemquam non dicentes, quod non sentit; & tradit Bald. in cap. mandatum de prescript. in princ. & in rubr. de testib. & in l. voluntatis. C. de fidei committ. & multis allegatis Menochius de presumpt. lib. 6. praesumpt. 35. à n.2. & lib. 3. praesumpt. 1. à n.37. Titaquel. l. si unquam, verb. liberis, n.17. & seqq. Ergo dum non probas delictum, intentio non presumendum est ex verbis te habere. Tertiò probato factum presumuntur adfuisse omnia requisita ad ilium, ut docet Thomas Sanchez lib.2. de sponsalib. dif.9. num.13. ex Panormitan. in cap. 1. de his, que in num. 9. Ex cap. in presentia de probat. ubi probata profissione, presumuntur profites habuisse legitimam actatem, & neganti incumbit onus probandi. Ergo cum constet de promissione, voto, & iuramento, presumi debet animus adfuisse: & ita tenui Suarez loquens de iuramento, lib. 1. cap. 33. n.4. & lib. 4. de voto. cap. 6. num. 4. Thomas Sanchez lib.1. de sponsalib. dif.9. num. 13. Nauar. lib. 3. consil. tit. 34. cap. 4. 9.7.

5. Supradictam doctrinam limitant Panormitanus in cap. 6. verò, de iure, in fine, & Angel. verb. iuramentum 5. n.10. Sylvest. iuramentum 4. quaf. 7. dicto 4. Scaphin. de privileg. iuramentum priuileg. 10. n.16. vt non intelligatur de iuramento iuxta extor. De hoc enim dicunt, in cau' dubio non presumi iuramentum habuisse intentionem iurandi, aut se obligandi. Quia cum habeat sufficiensem causam dissimulandi intentionem ob violentiam sibi factam, potest ius presumere talen simulacionis adfuisse.

Limitatio milii non probatur, quia presumere simulationem in iuramento, est presumere delictum, cuius presumptio vitanda semper est, præcipue cum non cedat in favorem promittentis, cui magis faves affirmo esse obligatum promissione, quam esse delinqentem ex simulatione. Et ita tenet Felin. cap. si vero de iure, in fine. Alex. ibid. num. 42. Imola in cap. ad andieriam, de his, que in num. 5. Couart. 4. decret. 2. part. 2. 3. 3. num. 3. fine. Cutier. de iuram. 1. p. cap. 57. num. 20. Suarez lib.1. de iuram. cap. 13. num. 6. Thomas Sanchez lib.1. de sponsalib. dif.9. num. 13. Sylvest. iuramentum 4. 9.7.

6. Aduetur tamen, & bene Suarez n.6. circa finem, si dubius sis, cum cum ambiguitate verborum, vel iurisdictione mensis iuraueris, te non teneri iuramento, quia tunc dubius es de iuramento. Neque in tali casu presumitur te delictum commisisse, cum habetas sufficiensem causam exequacionis tvandi. Ut autem tale dubium cum fundamento habere possis, debes prius nosse illos occultandi modos, alias quomodo confugere posses ad restrictionem, si restrictionem apponere ignorabas.

P N C T V M XI.

An tenearis promissione, voto, vel iuramento, si dubites adfuisse deliberationem.

1. Ex quibus casis deesse possit deliberatio.
2. Ex impedimento atque non definiuntur efficax argumentum ad annulandam promissione.
3. Dubius, an expuleris septennium existimat Thom. Sanchez te debere repudare expleuisse.
4. Probabilitate non caret oppositum.
5. De dubio orio ex somno, ebrietate, vel phrenesi.
6. Quid sentiat Thomas Sanchez,

7. Dubius

7 Dubius an fuerit perfecte liber ad votum, iuramentum, vel
promissione fadum in somno, ebrietate, vel phrenesi, cre-
dere potest non fuisse.
8 Quia ratione reneatur voto, iuramento, aut promissione, si dubit-
at tempore amentia somni, vel ebrietatis facta esse.
9 Et fatus argum. n. 7, addidic.
10 Regulariter subita passio iracundia non solle deliberationem
requirit ad votum, iuramentum, & promissione.
11 Quod cessante calore iracundia poniteas promissione facie,
non infer validam non esse promissione.

Ex multiplici causa deesse potest deliberatio. Primo ex
tenebrae. Secundo ex impedimentoo naturali, &
accidentale, quale est somno, phrenesi, vel ebrietatis. Tertio ex
subita passione.

2 De primo impedimentoo astatis dicendum est ex sola il-
la praeceps defensio non posse efficax argumentum ad annulandum
promissioem. Porest enim puer ante septennum dolus cf-
fe capax, ut colligatur ex cap. iuuenies, sponf. ac proinde votum,
& iuramentum, sicut & sponsalia valere. At quia ante fe-
tientiam rato, vel nunquam perfectus vius rationis contingit:
ideo regulariter nec votum, nec iuramentum, nec promissio fa-
cta ante illam statim validam reputantur. Et in calu dubio ut
equaliter reputari possint, quia est conjectura non leuis de-
fensio. Quod est rationis vrum. E contra vero tractans septennum quia ius
per amittit perfectum vrum rationis, nisi aliunde contacatum
probetur valida debet iuramenta, & promissiones reputari. Et
ita teneat alius relatis Thomas Sanchez lib. 1. de matr. disp. 9. n. 12
et 14. & lib. 4. de voto, c. 1. n. 14. Suatez tom. 2. de relig. lib. 2. de
voto, cap. 6. a. 9. 6.

2 Quod si dubium sit, an expleuris septennum existimat
Thomas Sanchez illo lib. 4. de voto, n. 14. cap. 1. presumendum
est ut expleuris, & votum valeat. Primo, quia sic communice-
re accide, raro enim sunt vota, aut iuramenta ante septennum,
& presumptio ex communice contingentibus debet
sumi. Secundo, quia constat de voto, & promissione, excusat
autem est dubia. Ergo pro voto est iudicandum. Tertio in ca-
fu dubii temporis defendendum est valor actus pro quo est po-
tissimum. Quarto non latus argumentum definiuntur ex cap. in pre-
sentia, de probat, vbi allegant votum emisisse in minori etate,
neque probandi sufficienter declaratur. Quinto ex do-
ctina Bald. in 1. si maior in fine, C. communie dividendum, vbi ai-
cum quis velit clidere d'cum propter inhabilitatem astatis,
debet omnino probare talem inhabilitatem & in consil. 66. n.
. 5. col. 3. dicit, ei qui ex etate petit restituitionem de aliqua la-
tione, vel aliquo contractu recessione, incumbe onus
probandi dictam minorem etatem, ex qua resciduit talis
actus. Ergo qui vult allegare non fuisse eius promissionem va-
lidam, eo quod promisit ante septennum, illi incumbit, onus
probandi, & dum non probat, sed dubius est, pro promissione
est standum.

4 Nihilominus, eti predicta doctrinae probabiliori, mihi
fit, probabilitate tamen non carer contraria sententia, nempe
dubitantem de perfecto vrum rationis, & deficientem expleuris
septennum, non tenet voto, vel alia quaque promissione
tenet explesa. Sotus lib. 7. in q. 3. art. 2. docum. 1. §. sed et hie
vbi dicit quoties votum est factum, ante legitimum tempus
puberitatis, non obligare in conscientia, nisi vocens si ita cer-
tus, quod tunc habuerit vrum rationis ut nulla aut renuissima
apud viros prudentes reliqua fiat dubitatio contraria opinio-
nis. consentanea Vega lib. 4. sum. cap. 416. Capua lib. 2. decisi. c. 3. fine
Benza cap. 49. in sum. fol. 232. Mouetur non ob rationes Sotii, que
si aliquaid probarent, probarent; post se pependit tota tempore
ante puberitatem valida vota non repudiantur esse. Sed mouetur
primo, quia tunc non supponitur votum, iuramentum, aut pro-
missio, cum de contingentibus illa dubitetur. Secundo, iurame-
ntum, votum, & promissio semper debet in calu dubii in
fauorem iurantis interpretari ex l. quidquid astringenda iff. de
verb. oblig. & colligatur ex cap. ex parte de conf. & bbi. Panormit
& Glosa. Tertio, quia etio pro valore actus debet esse pre-
sumptio. Abbate, de verbis significatis, l. quoties ff. de reb. dubiis
At hoc intelligi debet, quando effet damnosus, & onerosus, ex
text. in 1. qui iurare. Si pater ff. de iure iurando. & Gl. libi
Panormit & coniugis, & Feing. cap. n. 13. de presump. Ne-
que obstat text. in 1. in presencia, de probat. Ibi enim in favore
actus iudicatum fuit. Quia ab ipso proficiente religionem ex-
hibiti furent testes ad probandum in minori etate professio-
nem fecisse; qui testes cum essent induci ad ipso proficiente
debet plene probare, ut dicte glosa, & cum in probatione
defectum, id est. Profectus valorem professionis presumit. Adde
finire religionis, cui erat ius acquistatum, debet iudicari pro-
missionem valere quia in dubius proficio faret.

5 Secundum impedimentum, quod solet vrum rationis
tolle, est somnis, ebrietatis, vel phrenesi. Quaritur ergo, an
in calu dubii debeamus iudicare votum, iuramentum, &
promissionem valere;

Ei quidem dubium esse potest, an haec facta fuerint tempo-
Ferd. de Castro. Sum. Mor. Pars 1.

te somni, ebrietatis vel phrenesi, vel tempore sanx mentis. Se-
cundo potest quod tempore somni, ebrietatis, vel phrenesi fa-
cta fuerint, posset dubitari, an tunc fuerit plena ebrietatis, vel
phrenesi, vel somnis tollens liberatem?

6 De primo dubio Thom. Sanch. lib. 4. in Decal. cap. 1. n. 15.
affirmat presumendum esse votum, iuramentum, & promissio-
nem tempore sanx mentis sive gelta, ac proinde valere. Probat
primo, quia somnis, ebrietatis, vel phrenesi breui tempore du-
rant, ergo non possunt eo tempore haec gelta presumi. Quod
secus est in amentibus, quando amentia continuo aliquo tem-
pore duraverit ut probat idem Sanch. lib. 1. de mar. disp. 8. p. 17.
Secundo dicitur constat de voto, & promissione, excusat est
dubia. Ergo possidet votum. Tertio qualitas que homini natu-
raliter inest, tempore praesumitur adesse, dum de contrario non
confat. Glosa in cap. si forte, de elect. in 6. Glosa & doctores, in
cap. iiis qui sibi de sponsal. Franc. Marc. in decif. 39. lib. 1. laté
Alciat. in tradi. de presump. reg. 2. in princ. Menoch. lib. 1. de pre-
sumpt. 9. 14. n. 3. Mafcard. de probat. verbo qualitas conc. 12. §. 4. n.
86. Quarto ex communice contingentibus presumptio su-
menda est ex l. num ad 14 ff. de legib. & tradit. Mafcard. de probat.
verbo presumpcio. concil. 1330. n. 42. cum Decia. rep. 1. n. 25. lib. 1.
& Reminald. Senior. conf. 2. n. 8. vol. 1. Cum autem contingere
non soleat vota, iuramenta aliasve promissiones tempore som-
ni, ebrietatis, aut phrenesi emitiri, sed tempore sanx mentis, iu-
dicandum est in calu dubii tempore sanx mentis emissa esse,
ac proinde obligare. De Secundo dubio credit idem Sanch. vo-
ta iuramenta, & promissiones non obligare, quia cum ebrietatis
(& idem est de somno, & phrenesi soleat à mente alienata, stat
presumptio pro alienatione.

7 Dicendum primo est, in hoc secundo dubio verissimum am
esse sententiam Sanch. quācumque confirmat Suan. lib. 4. de voto
cap. 6. n. 9. exemplo illius, qui noctu habet pollutionem quicunque
dubitabit in habuerit perfectum vrum rationis, de quo non pre-
sumunt mortaliter peccasse ob defectum perfecte libertatis;
similiter ob eiūdem defectum non est presumendum validē
votū, aut promissile.

8 Circa primum dubium dico graues, & efficaces rationes
debere adesse ut dubium reddant promitemtē tempore ebrie-
tatis, vel phrenesi, facta esse iuramenta, & promissiones. Quia pro contraria parte stat presumptio sumpta ex communice
contingentibus. At si daremus promitemtē vere dubium
existere, eo quod nec recordatur bene de promissione, neque
actus ostenditur, ita bene geslus, ut collat dubium, iuxta tradita
à Contra. 4. decret. 2. p. 2. n. 7. ex ultimo promissione votum, &
iuramentum non valere, led posse sic dubitarem depositio dubio
age te contra illa ita Suan. loquens de voto. lib. 4. cap. 6. n. 9.
Ratio quia tunc vere dubitatur, an sit votum iuramentum. &
promissio, cum dubitetur an sit aliquid essentiale sequitur
ad illa quale est libertas. Ergo in favorem libertatis est iudi-
candum.

9 Neque obstant contraria. Admitimus iuramentum, votum,
& promissione regulariter loquendo, presumenda, esse
facta tempore sanx mentis nisi ex aliis conjecturis contrarium
colligatur. Neque est necesse, ut certio colligatur; sufficit, si
ita colligatur, ut dubium vinci non possit. in calu autem dubio
presumendum est vrum rationis in iis, que spectant ad favorem
personae, non tamen in iis, que ei oneris, & obligations sunt,
in reg. iuris in 9. Quod in graviam aliquid conceditur, non debet
in eius odium retrorueri; & docet Suan. supra.

10 De tertio impedimentoo subita passionis, iracundia, aut
alterius perturbationis, si dubium sit priuare promitemtē
deliberatione requisita, condendas sit obligatus?

Respondeo cum Suan. illo cap. 6. n. 10. si daremus sic promi-
temtē vere dubium existere de iu vrum rationis, non esse obli-
gandum; quia est dubius de valore actus, ac proinde de obliga-
tione. Sed affirmit regulariter non posse huiusmodi dubium
habere, quia raro vel nunquam calor, iracundia, vrum rationis
impedit, quia operatio inde orta sufficienter libertatem ad
bonum, & ad malum habeat. Alias occidens alium iurus excus-
fatur à mortali, consentit Thom. Sanch. lib. 1. sponsal. dis. p. 2.
n. 10. cum Panormit. cap. dudum, de conuict. n. 8. Alex. de
Nevo. cap. sciss ex litteris, de iure iurando. n. 8. & Felin. aliis relatis
n. 13. Basili. de Leon. lib. 4. de mar. cap. 1. n. 2.

11 Verium si cessante iracundia calore nullo modo pro-
missionem facies, sed potius facta ponitis, est Anton. cap. si-
cuse ex litteris de iure iurando. n. 9. & panormit cap. si vero, eod. tit. n. 7.
affirmit te obligatum non esse, non credo. Nam ut bene dicit
Thomas Sanchez, supra num. 8. & Basilius n. 6. multa calore
iracundia sunt deliberatione sufficienti ad culpam lethalem quo
eo calore seculo minime admittentur. Est tamen probabilis
conjectura, ut in calu, dubio intelligatur defuisse deliberatio-
nem. sic Sanchez, supra cum Tabiena verbo votum. 1. quas. 1.
in 1. n. 2. edit.

P V N C T V M . XII

An dubius de materia voti, iuramenti, aut promissionis, si nō licita, teneat voto, iuramento aut promissione.

- 1 Teneris, si potes, superiorum consulere
- 2 Secus si consuli non potes, & vrgreat tempus promissionem, exequendi

Certum est te teneri (si potes) superiorum consulere, ut illoque dispensationem petere. Et decisio textus in cap. *wenerabilem*, de elec. §. idem, *iuncta* *Glossa*, vbi dicatur. Non valet ad plenam exculcationem ipsius, si iuramentum illud dicatur illigitum, cum nihilominus super eo nos prius consulere debuimus, quam contra ipsum propria auctoritate venire. Et de iuramento docet *Felina*, 1, de iurev. n. 19. *Panormi*, in cap. *consingat* n. 15. *Innocent* in cap. *debitorum*, & c. *Theologis*. *D. Tho.* 1, 2, q. 89., art. 9, ad 3, quatenus dicit requiri dispensationem quando est *upradictum* dubium. *Sylvestri*, *iuramen* s. q. 1. *Suarez*, 1, 2, de *relig.* lib. 2, de *iuram.* cap. 33. in fin. & loquens de voto, lib. 4, cap. 6, n. 12.

Ratio est, quia dubius de honestate materie promissa dubitatur a Deo grata sit talis materia. Ergo tenetur diligenter facere, ut hoc dubium vincatur. At cum nulla efficiatur, apriori diligenter esse possit, quia confutare superiorum, qui loco ipsius Dei assistit, ipsum teneat consulere. Et haec est differentia inter huiusmodi dubium, & dubium, an feceris promissionem, vel votum, quia quando dubitas an feceris promissionem, dubitas de exercitio tua libertatis, & sic non est necesse ad uperius recurrere. At quando dubitas de honestate materie promissa, non dubitas de aliqua conditione se tenere ex sua parte, sed dubitas de conditione, quae se tenet ex parte Dei. Ergo Deum, vel eum qui loco ipsius est, teneris consulere, & ab illo remissione impetrare, et confirmare. Qui sic dubitatur, non dubitat fecisse votum sicutem sub conditione, si res illa gratia Deo fuerit, hoc enim sibi certo constat. Ergo tenuerit inquietare, an fuerit gratia Deo, alias transfiguratio eius.

Verum si prudenter arbitrio, aut superioris consilio vel dispensatione reddi non possit certus de honestate materie promissa; & ex alia parte vrgreat tempus promissionem, exequendi, existimare te non teneri exequi, sed posse te iudicare libertum ab his obligacionibus: ita docet exp. *Suarez*, loquens de voto, lib. 4, cap. 6, num. 13. & consurgit *Sanchez* lib. 4, de *debetis* cap. num. 31. & cap. 6, num. 6. Ratio est, quia non placent Deo ea, in quibus periculum prauitatis imminent. Secundo qui dubius est de honestate materie promissa, neque potest dubium vincere, dubius formaliter est de lege, & voto: cum dubitetur de essentiiali requisito ad illa: necessario enim honestatem in materia promissa requirunt. Sed qui dubius est de voto, & lege, iam diximus illius non teni. Ergo similiter non tenetur qui dubius de honestate materie promissa neque dubium vincere potest.

P V N C T V M . XIII

An subditus dubitans rem sibi preceptam licitam esse, superioris potestatem excedentem, possit, & teneat exequi.

- 1 Non esse obligatum obedire affirmant plures.
- 2 Communis sententia stat in contrarium.
- 3 Quoties preceptum superioris impleri facile potest, obligari illud.
- 4 Satisfactum argum. 1, adductio.
- 5 Duo corollaria nota: *ad ex-supradicta doctrina inferuntur*.
- 6 Proponuntur varia dubitationes pro intelligentia superioris doctrina.
- 7 Examinate, an Religiosi, in causa dubio de honestate preceptum, teneantur Prelato precepti obediere.
- 8 Non videtur improbabile deobligatus esse.
- 9 Teneatur ne subditus dubitans de honestate preceptum consuleat: vix doctor? Qui affirmant non esse obligatum.
- 10 Probabiliter est teneri.
- 11 Dubius superior, an res precepta excedat suam iurisdictionem, si preceptum post factam diligentiam ad vincendum datum, teneatur subditus obediere.
- 12 Si nulla diligentia facta preceptum quibus proberetur subditum obligatum esse obediere.
- 13 Probabiliter est non esse obligatum.
- 14 Fiz statis rationibus n. 12, adductis.
- 15 Teneaturne subditus in hoc dubio obediere, si damnum graue.

- ei ex obedientia resulset; Affirmat quidam neotericius.
- 16 Affirmandum est, opositum.
- 17 Dissoluitur ratio n. 15, adducta.
- 18 Si praeceptum superioris sit nimis molestum, & durum & dubium, an possit imponens probabile est illo non obligari.

Adrian, quodlib. 1, p. 1. & p. 2, list. D. & in responsione ad 2 Man. Rodiguez in summ. verb. obedientia, 2. part. 1, 4, 9, concil. 2, 3, & tract. de ordin. judic. c. 7, concil. 1, n. 12. *Vasquez* 1, 2, q. 9, art. 6, disp. 66, cap. 1 a. n. 51. usque ad fin. li. 6. Doctores absolute affirmant, quoties dubium est de honestate precepti posse subditum non obedire, ex parte conscientie salas 1, 1, tract. 8, disp. unica, sec. 17, n. 52, in med. & n. 137. & n. 183, sec. 20, quatenus affirman non esse obedientium precepto superioris, si dubitetur maius Dei praeceptum violandum fore, calo quo obediat.

Moueri possumus primo, quia Prelatus non est in possessione praependi ea que sunt illicita vel supra eius potestatem, vt de constat. Ergo subditus dubitans preceptum sibi imponitum de illicitis esse, simul etiam dubitare, an prelatus talia praependi possit. Ergo repugnat illi obedire, non spolia Prelatum iuste acquisito praependi, cum nonnumquam acquisierit ius, si dubitetur maius Dei praeceptum violandum fore, calo quo obediat.

Secundo subditus dubitans, an praeceptum sibi imponitum sit, illo non tenetur, vt supra diximus, sed qui dubitare, an

praeceptum sit de materia licita, vel illicita. dubitas in re, an sit imponitum preceptum, quia dubitare de aliquo, quod ad eius valorem, & essentiam necessarium est requisitum. Ergo Tertiò praeceptum superioris non potest facere licitum, quod aliquo illicitum est, sed operari quod dubitas an sit illicitum, est intrinsecum malum. Ergo non potest accedente superioris precepto fieri licitum. Quod si dicas accedente superioris precepto deponendam esse dubium illam conscientiam, & existimandum esse licitum. In hoc est difficultas, non enim illa conscientia ex solo precepto superioris deponi posse videtur, cum ob praeceptum non videar dubius aliquam speciem rationis, honestatis in re praecepta.

3 Communis tamen sententia affirmat in hoc dubio obedire subdi um debere. Quia superior, eo ipso quo superior est in possessione praependi, & subditus est in obligatione obediendi. Ergo vt in aliquo particulari causa subditus a proprio superiori excusat, ostendere debet superiori non regere, sed praependi. Ergo dum non ostendit, obediere teneat, sic docet *Glossa* cap. quid culpatur, verbo iniquitas 2, 3, 1 & ceteris, verb. formida, disp. 13, cap. dilecta in fin. de maior. & obedient. & cap. ex aures, verbo obedientiam de temporib. ordinand. & cap. ex tenore, verbo mando, de sentent. excommunicat. *Innocent*, cap. finit. et 3, num. 1, de iurev. ando, & ibi *Ioann.* And 5, n. 5. *Hofmann*, num. 3, *Bald.* n. 8. *Abbas* n. 16. *Alexand.* de *Neuo*, n. 79. *Sylvestri*, verbo bellū, 1, 9, 9, concil. & verbo conscientia, q. 10, & verbo obedientia, q. 2, & verbo religio, q. 6. *Malder*, de virtut. q. 40, art. 2, dub. 3, fol. 2, 51. *Lorca*, 2, 2, sec. 3, disp. 13, n. 8. & 9, & 1, 2, sec. 2, disp. 38, §. de dubio circa preceptum. *Nauart*, cap. si quis autem deponit disp. 7, n. 1, 2 & in sum. cap. 23, n. 37. *Tolet*, in sum. cap. 25, n. 6, vbi de peccatis mortalibus. *Valentin*, 2, 2, disp. 2, 9, 14, p. 4, 9, 4, vbi peculiariter, & 2, 2, disp. 3, q. 169, p. 2, concil. 5, & lexio certior est. *Moltoni*, de iust. disp. 1, 3, concil. 3, *Azor*, com. 1, lib. 2, cap. 19, quast. 9. *Nauart* de resili. cap. 3, dub. 12, & n. 25, lib. 2, *Sax* verbo bellū, n. 1, *sayrus* in clavi regta, lib. 1, cap. 13, n. 4. *Thom* *Sanch*, lib. 6, n. 1, decal. cap. 3, n. fine. *Villalob*, tom. 1, sum. tract. 1, diff. 26. *Garcia de benet*, 2, tom. p. 1, cap. 1, n. 36. *Ioann.* *Sanchez* diff. 33, n. 37, & ali plures quos referunt supradicti Doctores, spectaciter queruntur.

3 In hac igitur gravissima questione dicendum existimo cum doctribus nuper relatis, quoties preceptum superioris facilissimo negotio impleri potest, hoc est, absque detrimento tui vel alterius exequi te debere eti dubius sis de eius honestate. Quia tunc nulus appetit titulus honestatis omissionem praependi, subdictionis debite superiori: quod enim illud preceptum videatur ibi contrarium iudicio, hoc est excusat non potest, dum non probes esse contrarium. Tibi enim incumbit onus probandi illicitum esse: non autem superiori incumbit onus probandi esse licitum & honestum: hoc enim ius semper praeiunit, & supponit item superiori praepensis existimandus est iudicare se praependi posse. Cur ergo iudicium tuum dubium super iuris iudicio certo vis anteponeat?

4 Neque contra hanc conclusionem obstant argumenta presentata *Vasquez* adducta. Non primum, Nam esto superior non habeat ius praependi illicitum; haber ianenig s. praependi que sibi licita videtur, dum non constat de turpitudine, eti tibi illicita esse afferantur ac proinde cum dubitans de honestate materie imperata, non, ex tuo iudicio, sed potius ex eius iudicio honestas praepeti & eius obligatio rectificanda est.

Ad secundum respondeo dubitancem de precepto, an sit imponitum illo non teneti, quia non sufficiens proponit ut dubitans de eius honestate teneatur; quia honestas praepeti non

ex tuo iudicio dubio, sed ex superioris iudicio certo sumendum est.

Ad tertium factorem praeceptum superioris non posse per se facere licitum, quod alias illicitum erat; & consequenter non posse facere, ut licet obedias, si practice dubitas illicitum esse obediens. Sed quia flante praecepto habes rationem efficacem deponendi dubiam illam conscientiam, & existimandi esse licitum, quod tibi illicitum sese offerebas, ideo possumus dicere praeceptum superioris posse per accidens factum licitum, quod alias illicitum erat, teneas autem deponere hanc conscientiam docet optimus Nauar. c. si quis auctor. de penit. disf. 7. à num. 81. Et in sum. cap. 16. num. 40. Et cap. 3. n. 36.

5 Ex his infero cum Thom. Sanch. lib. 6. in Decal. cap. 3. num. 10. Soto de severa. memb. 3. q. 1. conch. 1. Salas 1. 2. 7. 21. tral. 8. disf. unica. scilicet 17. n. 115. Si tibi valeritudinum vel alio impedimento laboranti, & dubitanti, an teneantur ieiunare, vel officium diuinum perfolere, Praelatus precipiat, ne ieiunes, aut ne recites, te posse debete non ieiunare, quia praeceptum superius in eo dubio interpretari te obligatione legis Ecclesiastice non tenet. Secundum infero teneantur te obedire Praelato, in his, in quibus dubium est ieiunum, an excedat ieiunum potestatem, quia vi bene dicit Sanchez supra num. 4. minorum potestatem habet superius in ea, de quorum honestate dubitatur, quam in ea de quibus dubitatur ieiunum, an excedant limites iurisdictionis.

6 Ad plenam intelligentiam supradictarum doctrinæ multipliciter dubitatio endredi debet.

Prima, an intelligatur de omnibus subditis.

Secunda, an subditus dubius de honestate præcepti, teneatur inquietare doctos, ut dubium disponat.

Tertia, an si superior simul dubitet, teneantur subditus dubius obedire.

Quarta, an subditus teneatur obedire, quoties exobedientia timetur magnum malum propter, vel alienum.

Quinta, quid si malum, quod timetur, non sit distinctum a te præcepta, sed ipsa res præcepta molesta, & onerosa sit?

7 Circa primam dubitationem, an faciliter obedientiam in eculo dubio teneantur omnes subditi præstare, est difficultas de religiosis, nam religiosi soli sunt subditi ratione constitutum religiosum, seu votorum simplicium constituentiam religiosum. Prædictaque nihil aliud præcipere potest, nisi ea, ad quæ religiosus per obedientiam votum le voluit adstringere. Ex quo videtur sequi in eculo dubio non teneti subdito obedire. Quia, ut ex materia de voto suppono, cum communis sententia nemo tenetur exequi rem illam, quod dubitum, an votum ad illam extendatur, quia hoc est idem, ac dubitare de voto, in quo causa libertas possedit, & tradit Thom. Sanch. lib. 2. de matrim. disf. 4. num. 3. Et in sum. lib. 4. de voto. cap. 1. num. 31. Ioan. Sanchez disf. 43. n. 3. & 4. At religiosus dubitanus rem sibi præceptum extra iurisdictionem Praelati esse, dubitat an suum votum ad illam se extendent. Ergo non tenetur obedire.

Dices tenetis obediens quia vota religiosi habent adiunctionem traditionis, ratione cuius religio habet ius, & dominium in religiosum, & ratione huius dominij, & potestatis obligatur obedire in eculo dubio, est enim major conditio Praelati præceptis, rursum in possessione.

Sed contra. Tota haec possessio ortum habet ex voluntate religiosi. Ergo non se extendit ad alia, quam ad ea, ad qua voluntas religiosi se extendit. Cum ergo eius voluntas nunquam videatur extenda ad eulum dubium, discordum est, in illo obligari non posse. Neque obstat, si dicas Praelatum non præcipere religioso ex iurisdictione accepta per votum, sed ex iurisdictione data a Pontifice: (nullus enim per votum, quantumvis solemnis, potest alteri iurisdictionem in se ipsum dare, tum quia non potest per votum dare alteri vim coercitivam, sine qua nulla est iurisdictione) vt tradit Anton. Fab. in l. magistrat. 12. ff. de iurisdict. omn. iud. & constat ex l. vlt. ff. de officio eius cuius mandat. et iurisdictio. Tum etiam, quia facta regnum, & publicum seruum duoflorum, potestis ius dicendi, & iurisdictione tota tenet potest principes, sed Et quod principi. Inquit, de iure naturali l. 2. §. hoc autem, de veteri iure enucleando, l. fin. ff. de legib. Et constat, principi. & tradit optimè Valg. 1. 2. tom. 2. disf. 16. n. 26. & 28. præcept ergo Praelatus religiosi ex iurisdictione aliunde accepta quam ex voto; scilicet ex iurisdictione data a Pontifice quia iurisdictione non videatur priuandus Praelatus in eculo dubio. Non inquit, obstat huiusmodi dictum, ut religiosus in eculo dubio debet obedire. Nam esto Praelati regulares habentes suos subditos iurisdictionem spirituali datam a Pontifice, non tamquam illam habent ad alias materias, præter eas, ad quas religiosorum vota se extenderant. Cum ergo præbum sit, vota nunquam se extenderent ad res dubias, efficiuntur neque ad illas esse obligationem ex iurisdictione Pontificis.

8 Hæc ratio videtur probabile redde, religiosum veste, & propriæ dubitatem de honestate rei præcepti, vel an excedat superioris iurisdictionem, obligatum non est obedire facere. Suarez tom. 2. de relig. lib. 10. c. 1. in prima responsione cuiusdam obiectio facta, ubi dicit, fortasse non deerunt, qui totum concedant, neque enim improbabile videatur Abbatissam non posse

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars. I.

ex vota obedientia obligare monialem ad aliquid faciendum in eculo dubio de honestate operis iniuncti. Et confirmat ex differentia voti, & legis: nam obligatio legis cum oritur ex alterius voluntate, & potestate, ex eius iurisdictione metienda est. At obligatio voti, & consequenter ex illo dimanans præcepti, seu iurisdictionis in illo radicata, cum pendas ex propria voluntate, & intentione, & haec non videatur extensa, nisi ad materiam certam, quando aliud non conflat, neque etiam eius obligatio extenditur. Probarique potest, quia actus presumuntur ita gestus, vi minus quam facti possit, si agenti oneratos, tradit Menochius multis relatis de præsumpt. lib. 6. vta præsumpt. 9. Ergo profilio religiosi non est presumendum excedi ad obedientiam in eculo dubio. Item in imponenda obligatione stricta est interpretatio facienda, ex L. quidquid astringenda. ff. de verbis. obligat. ibi. Quidquid astringenda obligationis causa dictum est, id nisi palam exprimatur, omnissimum esse intelligendum est aut certe secundum promissorem interpretandum, idemque determinatur ex cap. ex parte, de censibus, vbi Abbas n. 1. Et 4. at prælomi votentur, ut minus quam possit grauare, & ideo gloria sua fixi, dixi faciendam esse pro votente bovam interpretationem. Si ergo pro votente facienda est interpretatio, non debemus affirmare ad eulum dubium se extendisse, & consequenter neque iurisdictionem a Pontifice datum ad illum dubium casum se extendere, cum non det iurisdictionem ad alia, quam ad ea, ad quæ vota se extenderunt.

9 Secunda dubitatio est, an teneantur subditus dubitantes de honestate præcepti consulere doctos si commode possit, ut videat an honestum sit?

Refponde Thomas Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 3. num. 19. non tenetis & contenti Nauar. lib. 2. de refut. cap. 3. dub. 12. num. 161. Et num. 266. in nova edit. Valentia lat. probans 2. 2. disf. 7. quest. 5. punct. 2. corollar. 2. pag. 1570. Mouentur, quia officium subditum non est præcepta examinare, sed exequi. Superior enim teneatur videre quid imperet, quasi pro subditis rationem redditurus & subditus autem non tenetis nisi obediens obedientia illa cœca rancidus à sanctis Parisibus commendara.

10 Verum (est hoc probabile sit) probabilius existimo tenetis subditum si commode potest, diligentiam facere, ut certior de honestate præcepti exigit, quando Praelatus non ea scientia, autoritate, potest, quia subditi obligari, potest, opinari rem imperata honestam esse. Nam in hoc casu elatum est non tenetis, aliam inquisitionem facere. Mouetur primo, quia haec inquisitione non obstat obedientie debite, cum ex illa non omittatur, neque etiam repugnat eius perfectione, quia solum in eo confitetur potest ut integrum, promptum, & sine vila dilatione præceptum executioni mandetur, quando tempus virget præceptum exequendi. Ergo dum non virget tempus, sed datum locum inquisitionis, ratio naturalis dicitur, ut apponatur. Nam ea postea forte competere subditus Praelato non est obediendum, ac proinde iam inquisitio prodest ad vitandum malum, saltem materialiter. Secundum negati non potest talis inquisitionem veritatis bonam esse, diligenter enim non ad querendas excusationes præcepti, sed ad fecuris illud implendum, & certius deponendum dubium de illius honestate. Ergo non potest esse contraria obedientie perfectione, cum haec virtus alteri contraria non sit. Dices talem inquisitionem bonam, esse, non tam subditum obligatum esse illam facere. Quia manus subditi non est inquirere, & examinare præcepta, sed illa exequi. Sed contra, licet manus subditi non est examine præcepta superioris, quando de illis dubium non habet; at in eculo dubio quis ab illo hanc obligacionem ablutus est, cum haec obligatio cuiuslibet dubitanti de honestate præcepti insita sit, ut prudenter operetur. Et confirmo, ut præceptum superioris efficaciam esse non potest præcepto diuini, sed quando quis dubitat de obligacione præcepti diuini, eo quod videtur alteri præcepto naturali repugnare, debet necessitatem inquirere, & invenire, quantum commode potest, quodnam sit exequendum: neque talis inquisitione obedientie obstat. Ergo etiam quando dubitat, an præceptum superioris honestum sit, vel contrarium alteri præcepto diuino, debet illud examinare. Item superior non habet in subdito efficaciam ius imperandi, neque subditi maiorem obligationem obediendi, quam habent coniuges inter se, sed cum alter illorum dubitans de matrimonii valore, tenetur prius quam debitum reddat, diligentiam facere, ut veritatem cognoscat, ut tradit ipsem Sanch. Ergo etiam similiter tegetur subditus. Quod si dicas proprium conjugi esse examinare, an matrimonium validum sit, non tamquam esse subditi proprium examinare, an recte superior præcepit. Est gratias diuina, cum de hoc sit questione, & cum in vitroque eculo sit eadem obligatio. Ideo coniux dubitans tenetur examinare (si potest) valorem matrimonii, antequam reddat, ne se exponat periculo accedendi ad non suum, ac proinde faciendo aliquid in re illicetum, sed subditus dubitans de honestate præcepti, illudque non examinans exponit periculo efficiendi aliquid illicetum in re. Ergo ratione præcepti exequari non potest ab hac diligentia præstanda. Additudo quando exequio rei præcepti differri potest

& minus malum timetur ex dilatione, quam ex prompta executione, differendam esse executionem mandati, donec examinetur, ad obediendum sit: docet expeditus Thom. Sanchez lib.6. in Decalog. cap.3 n.25. cum Couarras, p. peccatum, l.p.n. 5. ad fin. Ergo a fortiori examinari debet praeceptum, quando eius executio sine vita transgressione diffiri potest. & ita tenet Alex. de Nevo t.sicut, el.3.n.98. de iure. Hollies, sum. tit. de pao. t.5. quid de rapina, vesp. quod si probabilitas dubitatis Angel. verb. bellum, n.8. Roffell, ibid. n.4. Sylvest. ed. I. quaf. 9. concl. 3. & vesp. obed. entia, q.2.

11 Tertius dubitatio est, an casu quo superior dubitet de re praecepta, fuit licita, vel excedens limites suis potestatis, teneatur subditus sciens talenm dubitationem ei obedire?

Et quidem si hoc dubium perferret post factam diligentiam a Praelato de veritate investiganda, verius esse debet teneri subditus obedire. Quia runc Praelatus legitimè imperat, cum & habeat possessionem imperandi, & dubium subiunctum vincere non possit, sicut coniux, qui bona fide matrimonium contraxit, & potest dubitare de eius valor, facta diligentia ad veritatem investigandam, si adhuc dubius maner. potest petere, & tenuit alter reddere, ut ex communis sententia dicitur in disput. de obligatione conjugum. Limitanda tamen est haec doctrina ad actiones, que alteri a subdito molesta, & onero non sunt. Non enim cum haec dubitatione superior indicere bellum poterat, neque subditus debet obedire, debet enim superior in rebus damnois moraliter esse certus de iustitia.

12 Verum si nulla facta diligentia Praelatus dubius de honestate rei praecepit, vel de excessu sua iurisdictionis imperet; alii videi potest etiam in hoc cau teneri subditum obedire. Primo, quia ex huic modo dubio non intercipitur possessio Praelati in subdito. Non enim ex eo, quod dubitet, an res quam vult imperare, sine licita, vel illicita, vel cuius iurisdictionem excedens, desistit eis superior, neque obinde subditus subiunctionem amittit. Ergo ratione huius possessionis imperare poterit subditus in calo dubio. Secundò, sic dubitanus non dubitat de dominio, & possessione in subdito, sed ac eius dominium, & poss. illi extendunt ad talem matrem. At quando coniux, v.g. non dubitat de matrimonij valore, sed ac possit, vel non possit petere, eo quod dubitat, an habeat aliquod impedimentum calitatis, vel affinitatis denou contractum, alter non dubitanus reddere tenuit, si debitus ab illo peratur, quia nihil iustum ab illo postulatur, & quia alter non tenuit in hac dubitatione se impeditum reputare, ut multo relatis docet Thom. Sanchez lib.9. de debito conjug. dif. 6. a. n. 4. & praecepit a n. 7. Tertio subditus dubitans, sine licita res habi mandata, obedit tenuit, etiam nulla diligentia facta ad cognoscendam veritatem secundum probabilem sententiam: quia possessio Praelati excusat subditum ab hac diligentia. Ergo etiam potest excusat Praelatum a simili diligentia praeflant. Quarto demus tenui Praelatum diligenter facere ad investigatem veritatem, siue possidens aliquam rem, & dubitanus an sua, vel aliena sit, tenuit diligentiam facere, antequam rem alienet. Sed sicut si hominiodi dubitans de facto rem alienaverit, tenuerit alienatio, quia possit sicut, & dominum incertum, quod habet, transferit in emptorem: ita similiter eis superior male faciat, imperans subdito abique premissa diligentia de cognoscenda veritate, at imperium tenebit. Quinto obligatio subditi obediendi Praelato desum non debet, ex eo, quod Praelatus dubitet, vel non dubitet de honestate rei praecepit. Nam si subito constat honestissimam rem, & nullo modo superioris iurisdictionem excedentem, praecepit, tenuit obedit, ut optimè dixit Thomas Sanchez lib.6. in Decal. cap.3. n. 21. etiam superius dubitando imperet, quia dubium illud procedat ex errore, qui obitate non potest obligationem subditi, hec si vi existimat ex errore subiecte matrimonio impedimentum & perat debitus ab uxore, male petet, at vxor certe sciens impedimentum non esse, reddere tenuit, ut probat Couarras, de ret. 2. part. c. 3. §. 1. n. 6. & Sanchez, supr. n. 4. Econtra vero non superior imperat rem in honestam, etiam ipse existimat honestissimam esse, non debet subditi obedit. Ergo obligatio subditi ex re ipsa, & ex eius iudicio, potius quam ex iudicio superioris metenda est. Hanc sententiam tenuit (meo iudicio) docere qui coniugi dubitanti de matrimonij valore, & debitus petenti ab altero coniuge, docent reddendum esse. Ii sunt Corduba sum. quaf. 45 p. 4 fol. 113. Henriquez lib. 11. de matrimon. cap. 6. num. 4. comment. list. T. Bartholom. de Ledelin. dub. 20. de matrimon. conclus. Ludovicus Lopez 1. part. instruct. 2. ed. c. 197 §. sed si iniquitas Petrus de Ledel. de matrimon. 45. art. 1. ad fin. §. ad hoc dubitum.

13 Nihilominus verius existimo in hoc cau subditum non esse obligandum obedit, immo neque posse. si ipse subditus etiam dubitet Ratio est, quia officium superioris est examine honestatem, & aequitatem rei praecepta, cum dicit illa dubitare, ne se errandi pericolo exponat imperans, quae non licet. Ergo si absque hoc examine praeceptum imponat, cum temerarius impostor sit, subditus non tenuerit parere, immo nec potest, si temeritatem agnoscat, quia non tenuerit parere praecepto, tam ex parte rei praecepta, quam ex parte praeceptis te-

merario, & periculoso. & ita docent Petrus de Ledelin. 2. tom. sum. tract. 3. v. 13. concil. 2. Bannes 2. 2. q. 40. art. 1. dub. 6. concil. 3. Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 3. n. 21. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. dif. vni. sect. 2. 6. in fin. n. 275. Man. Rodriguez 1. tom. sum. c. 126. concil. 4. n. 5. 2. ed.

14 Neque obstant in contrarium adducta. Non primum. Admitto enim non intertrippi possessionem superioris in subdito ex tali dubitatione, quia illa dubitatio non attingit possessionem, quam superior habet; hac enim nunquam fuit in subdito ad tes, quas superior dubitat esse licitas, vel eius iurisdictionem excedere.

Ad secundum respondeo, eo ipso, quo superior dubitat de honestate rei, vel an sit excedens suam iurisdictionem, dubitac de domino, & potestate in subdito, immo certum superiori debet esse caecere dominio, & potestate, cum haec limitata sit ad praecepientem ea, quae honesta sunt, sibiique sic apparent.

Ad tertium dico subditum ratione obedientia superiori debitur, & in eius reverentiam posse habere sufficientem rationem deponti dubium, quam rationem non habet superior in imperando. Item cum ex parte subditi, & ex parte superioris praeceptis est contentio, & dubium de honestate praecepti, & obligatione illius, sic presumit pro superiori, non pro subdito.

Ad quartum dies superiori non solum debere diligenter facere ad cognoscendam honestatem praecepti, sed dum sibi de tali honestate moraliter non confit, non posse praecepere, quia solum potest ea quae honesta sunt, queque tibi talia apparet.

Ad quintum respondeo, ad valorem praecepti ex parte materiali, non dubius necessario requiri. Primum requirunt honestas illius certa cognita a subdito, & hoc sufficit, ut praeceptum tenat. & in hoc cau ex iudicio subditi insurgit obligatio praecepti. Secundò requiritur, & sufficit ad obligationem, quod superior cognoscat probabilitatem rem quam praecepit, honestam esse. & suam iurisdictionem non excedere, etiam si subditus id adaequat non cognoscat, quia dum nihil in contumaciam aperte cognoscit, non habet ius se eximendi a superioris praecepto.

15 Quarta dubitatio est, an subditus teneatur obedire, quae ex obedientia timetur non lege dannum proprium, vel alienum in honore, fama diutius, vel vita, ut contingit si superior te interrogat de delicto tuo, vel alterius, & dubius sis, an iuridice interrogeretur?

Ioa. Sanchez disp. 4. n. 18. affirmit te tenevi: quia iam illud damnum praesum est a superiori, & illo non obstante praecepit. Ergo debes obedire: quia praesumunt debes superiori iuste praecepere, ne sis iudicari temerari reus. Item si certò tibi constat superiori iuridice praecepere, tenebaris veritatem faceri. Ergo etiam cum dubias, tenevis: quia in vitroque cau superior est in possessione praecepit.

16 Nihilominus dicendum est, in tali dubio te non esse obligatum praecepto, ita aliis relatis Lessius lib. 2. de iust. cap. 31. dub. 4. n. 10. Et cap. 41. dub. 9. num. 77. Sayrus lib. 1. in clavis reg. a. cap. 13. n. 41. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. dif. vni. sect. 17. n. 155. Th. Sanchez, plures referens lib. 6. in Decal. cap. 3. n. 24. Villalobos 1. 1. sum. art. 1. dif. 2. 6. n. 1. Pitiglianus in praxi crimin. cap. 241. Rodriguez 2. tom. sum. c. 9. n. 3. Et de ord. iudic. c. 7. n. 12. Et tom. 3. qq. regul. 3. 19. art. 4. 6.

Ratio est, quia subiectio, & obedientia debita superiori non tollit ius, & possessionem tuam, & alterius in bonis fortunis, honoris, & corporis. Ergo non est aequum te obligare hanc possessionem amittere in te magni momenti ob obedientiam, quam dubitas, si debetas. Possessio enim tua, & alterius certa praevalere debet iuri, & possessioni aliquo modo dubia superioris. Item sapere praecepta Ecclesiastica certa cum gravi detractione proprio, vel alieno non solent obligare, a fortiori non obligabant dubia. Immo addendum existimo, si obedientia in alterius grau datum vergit, non solum te non obligari, sed neque oblige posse, fecis est, si solum in dampnum tuum cedat, tunc enim quia potes cedere iuri proprio, esti obligatus non sis, poteris obedit. Sicut enim superior possidet ius imperandi, etiam alias possidet ius in suis bonis ieiunorum. Ergo est obseruantur ius superioris dubium, latere ius certum alterius. Et confirmo. Quilibet habet ius iustitiae ne ladetur in bonis alterius manifesto titulo, qui tibi non est, cum dubitas, si superior habeat ius imperandi.

17 Ad rationem in contrarium respondeo, esti superiori praesumas iuste praecepere, cum tamen de hoc non sis moraliter certus, non tenoris possessionem certam in tuis bonis amittere obseruantur superioris possessionem in materia dubitum.

Ad confirmationem respondeo superiori in vitroque causa iuridice praecepere, & possessionem praecependi habere, at te non esse obligatum obedit in calo dubio. Quia possessio tua, vel alterius certa in bonis fortunis, honoris, & corporis praevaler superioris possessioni de materia dubia. Item pro superiori est indicandum, & non pro subdito, quando, certa paria sunt, quod in praesenti non contingit, cum damnum tibi, vel alteri

alterius obediencia obueniens graue sit, & certum. At superiori facit nullum obueniam ex eius obediencia omissione.

18 Quinta dubitatio est: an si praeceptum superioris sit tibi nimis molestum, & durum, & dubites, an possit imponere, tenetis illo?

Videbis teneri, quia onus, & molestia illa non est aliena à praecepto, sed idem cum re praecepta, & ab illa indistinctum. Ego cum in cau dubio obediens debas (superiori ob possessionem, quam habes praecepisti), obligatus es in praesenti obediens, & ita nulla est certa regula obediendi in cau dubio. Et confumo, id est quando damnum graue tibi, vel alicui obuenient ex obediencia excusari obediens in cau dubio, quia possides res illas, in quibus damnum pati debetas, & postea certa non debet amittit ob seruandam superioris dubiam: at in praesenti tibi non fuerit possesso vila, cum non sit a cieum distincti ab ipso etiam praecepto, quod possidet. Ergo.

Verum (est hoc sit fari probabile) acquiescere poteris communis sententia te excusari obediens. Quia non videtur concomitum te onus graue certe subire, de quo dubitas, an tibi possit imponi: iugum enim Christi suave est, & onus eius leue. Non videtur autem ita esse, si te dubitantes de potestate praecepientis obligaret in angustias conicis ob seruandam eius possessionem dubiam. Et ex hac ratione solvitur contrarium fundamentalium. Non enim possesso in re dubia seruanda est cum graui onere, & molestia, & ita teneri relatis Medina, Aragon, Lopez, Sayo, Soro, Vega, Rodriques, Salas tr. & 8. dispe. vni. 17. n. 15. Thom. Sanchez lib. 6. in Decal. 6. 3. n. 23. Villalob. tract. de cens. diff. 16. 9. 2.

PVNCTVM XIV.

An milites dubitantes de iustitia belli possint, & debeat Principi obediens.

- 1 Subditus milites obligati sunt obediens, secus alienigena, ex communis sententia.
- 2 Nullus miles tenetur militare dubius de iustitia belli, quoniam examen praemitat.
- 3 Si subditus non habet aliquam rationem dubitandi, debet dubium depone. & militare.
- 4 Proponuntur quadam obieciones, & sit illis satis.

1 A ppono hanc questionem, ut clarissim innescant que diximus dispe. 2. p. 8. hucus tractatus.

Communis sententia huic questioni responder subditos posse, ob gratiamque esse obediens, secus vero alienigenas, quia in subditis adeo iustitiae ratio deponebatur dubium conscientiam, scilicet praeceptum superioris, quae ratio non adeo in militibus alienigenis, & consequenter milites non subditos tenentur investigare iustitiam belli, atnequam se dedissent, secus vero subditos: ita tenet expr. iste Abbas cap. 1. scilicet 1. de iure, n. 1. 6. & ibi Bellamera 7. 6. Alexand. de Nevo 9. 8. Nauarr. sum. cap. 15. m. 15. Molina. 1. 1. de inf. dispe. 1. 1. 3. circa finem. Valent. 1. 2. dispe. 3. 9. 16. punde 2. 8. si autem mil. 1. Azor. som. 1. infit. moral. lib. 2. c. 19. 1. 9. & piures aij. quos referit, & sequitur Th. Sanchez. lib. 6. in Dical. c. 3. n. 15.

2 Verum in hac re existimo primò, tam subditos, quam non subditos, si dubium habeant fundatum de iustitia belli, non teneri, immo nec posse militare, quoniam examen, quantum commode possint praemittant. Moneor tum ob rationes superioris dictas, quae in praesenti cau, rite grauior militant. Tunc & praecepit, quia quando certum est ex tua obediencia damnum tibi, vel alicui graui est secundum, non teneris superiori obtemperare, si dubitas, an legitimè praecepit, ut puncto praecepit. dub. 4. diximus. Sed ex bello grauissima tibi, & aliis damnis debente obueniente, non igitur debes obediens, si dubitas, an Princeps legitimè praecepit. Et confumo, si subditos rationabiliter dubitantes de iustitia belli nullam diligenteriam praemitte tenentur, sed possunt audito praecepto superioris statim accepertere, fane Turce. & Saraceni, leuentes Principes suos in bello contra Christianos, a peccato, & iustitia excusare, & catastrophes martyrum & milites crucifigentes Christum, quod nullo modo est dicendum, & in hac coniunctione credo neminem diffidente posse.

3 Secundo existimo, quoties subdito non se offert aliqua graui, & bona fundata ratio dubitandi de iustitia belli, tenetur dubium, rite fruolum, & mane depone, & iustitiam belli praesumere, & militare. Et in hoc senti dixi D August. cap. 1. in parv. 1. 3. quae. 1. in fin. ritum iustum bellare possit sub Rego etiam acutilego, si quod tibi iubetur, vel non est contra Dei praeceptum, vel verius sit, certum non est. Quia dum certus non est subditus contrarii diuino praecepto, praecepit superioris, praesumere debet illi est conformis. Et in hac materia belli est res clarius, cum enim grauissima sit, rite est praeiudicandum abesse sufficiens examine iustitiae intentatis: quae iustitia, est si non appareat militibus, praeiudicanda est. Aliis tenerentur Principes rationes bellandi om-

nibus manifestare, quod est grauissimum inconveniens.

Hac ratio (meo iudicio) probat non solum subditum, sed etiam non subditum bellare posse, quoties non se illi offerte graui aliqua ratio dubitandi de iustitia belli. Et ita in hac re nullam esse distinctionem de multis subditis, & non subditis, diximus ille puncto 8. n. 4. est valde probable, cum Valq. 1. 2. 9. 19. dispe. 6. cap. 9. a. n. 5. Salas quae. 21. tract. 8. dispe. vni. scilicet 1. 7. num. 17. 2. Suarez de charri. dispe. 1. 3. de bello, scilicet 6. num. 12. & Nauarr. ib. 2. de resti. cap. 3. part. 2. dub. 12. a. n. 26. Et insuper probo nullam esse posse distinctionem. Nam vel terque miles tam subditus, quam non subditus habet ratios dubitandi de iustitia bene fundatas, vel non habet? Si primum dicas, nullus potest abesse examine factu obediens, quia spoliare alios bonis fortuna, honoris, & vite, ob seruandum ius superioris dubium, iustitia maxima esse viderur. Si secundum dicas, cuiuslibet licet rationem minus fundatam, seu scrupulam, depone, & contra illum operari, & confumo in sententia Caietan. 2. 2. 9. 16. 9. art. 2. circa solut. ad 4. dub. 2. quem sequitur Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. cap. 3. n. 17. ut subditus dubium depont, & militare possint, non indigent praecepto expresso superioris, sed sufficit velle superiori, ut omnes milites necessarij belli se adtribuant. Ex sola enim hac voluntate (quasi vocat Sanchez. tacitum praeceptum) possunt subditi dubium depone, & militare. Sed hac voluntas non arcat subditos ite bellum, cum quilibet possit abesse peccato illius exercitii omnem omittere. Ergo si subditi est efficax ratio deponendi dubium, etiam efficax erit non subditi.

4 Obieciones primo ergo quilibet miles poterit iam vni parti se adscribere, iam alteri, si p. a. sumere potest, quem alicet Principem Prudentiam iuste praeferat.

Respondeo hoc intelligi non posse de multis subditis: ij enim in aduersam partem inclinare non posse ob crimen laesa maiestatis, & inobedientie. Solum ergo de multis subditis virtute pati praelatini alienigenis potest esse dubium. Et tunc distinguendum est, aut bellum est aggressivum, aut defensivum. Si aggressivum sit, efficiencias rationes, & fecit convincentes debent milites habere, vt se possint ei pati adscribere. Quia stat pro contraria parte possesso, & in dubio non deberi spoliari, secus vero dicendum, quando bellum est solum defensivum.

Obieciones secundum. Nominis possessione suffragari, cum Princeps eo ipso, quod bellum indicat, priuat alterum Princepem iure possidendi, & ad executionem sententie a se prolatae procedit bello.

Respondeo sententiam, & iudicium unius Principis, alteri non subdito praejudicare non posse, neque tale iudicium dicendum est proprii sententia, cum sit contra inauditam partem, & quae non tenet coram ipso comparare. Ex quo sit ex vi illius non tolli possidentem possessionem, vt lat. us illo puncto 7. super. dispe. dictum est, & docet Salas tom. 1. tract. 8. dispe. vni. scilicet 13. & 26. circa finem.

Pro pioneri intelligentia huius disputationis de dubia conscientia, inquiri posset an dubium iuris, vel facti sufficiat in materia irregularitatis, vt quis irregularis censetur. Sed quia haec dubitatio in materia irregularitatis sibi vindicat proprium locum, ibi discutendam remitto.



DISPUTATIO IV.

De Conscientia scrupulosa.

PVNCTVM I.

Quid sit scrupulus, & an contra illum quis agere possit.

- 1 Definitur scrupulus.
- 2 Contra scrupulum agere licitum, & laudabile est.
- 3 Proponuntur quadam obieciones. Fit illis satis.

1 Missis variis sententias dicendum est cum communis, scrupulom esse leuem suppositionem, seu existimationem ex leibus rationibus ortam, qua quis inducit ad credendum, vel dubitandum esse peccatum, quod revera non est. ita Valq. 1. 2. 9. 19. dispe. 6. 2. 2. 2. Salas quae. 21. tract. 8. dispe. vni. scilicet 19. n. 19. Valent. dispe. 2. quae. 1. 4. tract. 4. in fin. Anton. Perez et am. 10. scholast. n. 40. Ioan. Sanchez. dispe. 41. num. 1. Thom. Sanchez. lib. 1. in Decal. cap. 9. num. 2. & lib. 2. de matrim. dispe. 41. num. 2. & alij ab eisdem relati.

2 Agere contra scrupulum non solum licitum, sed laudabile esse est ferè omnium sententia, vt constat ex Doctoribus

nuper telatis, & ex Nauar. sum. pralud. 9. n. 9. & cap. 27. num. 28. 3. & cap. si quis antem de penit. diff. 7. n. 6. 4. Thom. Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 10. num. 80. Ioan. Sanch. diffus. 41. à n. 7. Ratio, quia scrupulus non tollit iudicium certum, vel probabile de honestate actus, saltem per principia extrinseca, seu ex autoritate aliorum; licet illud iudicium sufficiat aliquo modo, & quasi deus tenebris obvobulet. Alijs si tolleret iudicium, iam non esset scrupulus, sed dubium. Stante ergo iudicio certo, vel probabile de honestate actus, clarum est stare firmam regulam honestatis operationis. Ergo potest se illi scrupulus conformare. Quid autem hoc sit laudabile, ex eo concurrit, quia oportet huiusmodi dubitationes, & formidines, ut pote frivolas, & sine ratione fabertas fedare: nullum autem efficacius remedium inueniri potest, quam si illis scrupulosis non acquiescar. Ergo. Addc. non solum licitum, & laudabile esse, sed aliquando obligatorium, agere contra scrupulum, videlicet, si ex anxietate scrupulorum graue dampnum salutis scrupulos patueretur, aut se officio proprio praestando iniuriam redderet, aut à communione, vel confessione, aut alijs actione sub precepto obligante retraheretur, ita Sayrus in clavis regia, lib. 1. cap. 14. Valenti. suprà. Salas. n. 298. Thom. Sanch. n. 83. Ioan. Sanch. n. 7. in fin. Montel. 1. 2. diff. 19. q. 6. n. 255.

Ex hac doctrina constat necessarium non esse deponere scrupulum, ut recta sit operatio: cum enim scrupulus (ut dictum est) non constituit dubium formaliter, neque collat assensum oppositorum patris, nihil obstat recte operationis: & ita traduct Nauar. Valsquez, Valent. vterque Sanchez & alij suprà.

3. Sed objecies primò, cap. per tuas, de simon. vbi quidam ordinatus ab Episcopo, qui dicebatur Simoniacus, permittebat in suscepione ordine ministrare: non tamets ab codem vetitus promoueri, nisi deponer errorem, qui error ex conscientia nimis scrupulosa ortum habuit, ut ibidem dicitur. Ergo facere contra scrupulum, illi non deposito, non licet.

Respondeo sic ordinatum non habuisse scrupulum, sed errorem, eti alius error ex conscientia scrupulosa ortum habuerit. Age autem contra conscientiam erroneam, errore non deposito, malum est, quia tollit iudicium certum, vel probabile de honestate actus, ut in 1. disp. huius tract. diximus. Non tamen est malum agere contra scrupulum, illo non deposito, quia scrupulus, cum non sit iudicium, sed quadam leuis suspicio, & formido, non tollit assensum. Ut autem scrupuli non veniant in errorem, debemus illis in principio obstatere.

Objicio secundò cap. inquisitione, de sentent. excom. vbi coniux dubitans de matrimonij valore, si ex leui, & temeraria credulitate dubitas, dicitur debere conscientiam hanc leuem, & temerariam explodere, ut licet posse non solum reddere, sed exigere debitum. Ergo iam scrupulus ad recte operandum est deponendum.

Respondeo primò cum gloss. ibid., deberi huiusmodi conscientiam leui, & temeraria credulitate dubitans contentum in ilam: non enim iustum est illi acquiescere. At non est necessarium illam explodere quod sentim, id est, ilam non sentire: vix enim possibile est agitatum scrupulus, illos ita à se explodere, ut colum vacacionem non sentiat.

P V N C T V M II.

Quae remedia scrupulosis sint adhibenda.

1. Oportet scrupulum cognoscere, & quomodo cognoscendus sit.
2. Si scrupulus sit in rebus efficiendis, non debet scrupulosus in curium examinatione detiniri.
3. Si de rebus prateritis, non debet causam facere, nisi res clara sit.
4. Non debent confessiones repeti ab scrupuloso.
5. Nec illorum dubia Confessarii semper audire.
6. Eorum dubitationes in maiorem partem interpretande sunt.
7. Alia remedia videri possunt apud Doctores.

1. V T remedia scrupulosis adhibeamus, curandum est, ut scupulosis esse cognoscant. Ut autem sic ieiros se cognoscere possint, non suo iudicio, sed iudicio Confessoris, vel alterius viri docti, cui suam conscientiam sapient declarant, stat debent. Confessarius vel vir deus cognoscit aliquem scrupulis vexati, si deprehendat sapient illum sine fundamento firmo existimat esse peccatum, quod te vero non est, ut notari ferè omnes Doctores suprà relati. Item scrupuli possunt esse in una materia tantum, vel in pluribus; sed de omnibus est idem dicendum, ut ex sequentibus constabit.

2. Si scrupuli sint de rebus efficiendis, eo quod scrupulos fulpicantur le illa efficiendo peccata mortaliter, debet Confessarius scrupuloso monere, ne se in eorum examinatione detinant, sed si primo aspectu, ut illicita non cognoscunt certò, & sine formidine, credant licita esse, ita Valsquez diff. 6. 7. cap. 2. ad finem. Azor. lib. 1. cap. 10. q. 7. Salas conclus. 3. Thom. Sanch. c. 10. n. 82. qui optimè addit cum Valsquez, aliquando posse aliquem ita scrupulis vexari, ut consuli possit, ne quid ut mortale reputet, quin iureiterando possit affirmare ita esse. Ratio est, quia scrupulosis capax non est examinationi rationes, cum leues, & frivole, ut grauissime illi offerantur, & quanto intensius & accuratius examinationi incumbit, tanto magis deusilissimis tenebris obvobulet, ut experientia docet. Quod si aliquando contingat hunc scrupulorum aliquid illicitum efficerre, non illi est culpe tribendum, cum ex recta intentione ob vitanda grauissima inconveniens processerit, nullo modo facturus, si existimaret ibi aliquod malum adesse, ita ex Caetan. Cordub. & communis noratur Villalob. tom. 1. sum. tract. 1. diff. 26. vers. y note se mucho.

3. Si vero scrupuli sint, ut sapient esse solet de rebus praeteritis, an scilicet conscientis in aliquam cogitationem turpum blasphemie, desperationis, vel quid simile: tunc eadem regula seruanda est, ut nisi certò, & absque investigatione tibi conster conscientie, reputare potes non praebuisse confessum ita Thom. Sanch. suprà. Azor. lib. 1. cap. 20. quest. 7. Peccata enim mortalia se ita manifesta sunt, ut primo aspectu, praincipue à timoratis, cognosci possint.

4. Quod si non de peccatis scrupuli sint, sed de obligatione inde conformati, an scilicet confessiones facta fuerint legitime, hoc est, de omnibus peccatis, vel cum sufficiente examine, & dolore: nullo modo Sacerdos permitat, repetere confessiones, quando constat mediocrem diligentem in confessione facta adhibitam esse. Quia probabilitate, immo mortaliter certò presumere debet præceptio confessionis scrupulorum satisfactio. Alijs si confessionem permittebat repeti; scrupulos in infinitum augebit, & facta vna confessione, de eadem ipsa vehementer scrupulo agitabitur, an fuetit cum vero dolore, sufficiente examine, &c. Quapropter bene dixit Eman. San. verbo dubium, num. 5. edit. Compil. & Rom. scrupulorum non teneri statet, nisi quis potest iurare, & fuisse peccata mortalia, & se nunquam illa fuisse confessum: cui doctrina consentit Thom. Sanchez suprà num. 8. 5. Ioan. Sanchez alij relatis diff. 4. num. 18. & 20. fine.

5. Aducent Azor. suprà q. 7. Thom. Sanch. num. 83. Ioan. Sanch. n. 29, non debere Confessarium frequenter, & in plurimum dubitationes scrupuloso admittere, sed illum repellere etiam verbis asperis, ut Christus Matth. 8. discipulis timenibus naufragium dixit, Quid timidi estis modica fidei? id est, modice fiducie, sive confidentie; alias nunquam fons scrupulorum extingueretur.

6. Tandem dicant, & bene supradicti Doctores, specialiter Azor. & Sanchez, debere Confessarium dubitationes scrupulosi hominis semper in maiorem partem interpretari. Tunc quia dubii in maiorem partem interpretanda sunt, ex text. in c. 1. 2. 3. de reg. iur. Tunc & præcipue quia ipsemet scrupulus, & formido graviter omnia representat, quād in se sunt, facitque trepidationem, vbi nulla est occasio trepidationis, vel timoris.

7. Alia remedii vident possunt contra scrupulos in Laurent. Iustinian. de disciplina Christiana relig. c. 12. Gerlon. p. 2. Israel. de preparat. ad Missam. confid. 3. Sylvest. verbo scrupul. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 17. Rodrig. tom. 3. q. 99. regul. q. 6. art. 3. per rotam. Salas 1. 2. tract. 7. de conscientia, diff. 2. 19. circa finem, & alij ab eisdem relatis.

TRACT.